





12
23 C
27
BIBLIOT
VITT. EMANUELE




Politicorum,
SIVE DE
PRINCIPE,
ET PRINCIPATVS ADMINISTRATIONE.


Libri Tres.


Theologicè, Iuridicè, & Historicè Tractati.

AVTHORE

LÆLIO ZECHIO THEOLOGO, & Iur. Vtr. Doct.








VERONÆ,


Angelus Tamus Excudebat.

CIↃ IↃ C.

SVPERIORVM PERMISSV.



CHRISTIANISS.MO
ET POTENTISSIMO PRINCIPI,
HENRICO QVARTO,
Nauarræ & Galliarum Regi.



Lælius Zechius Fœlicitatem.




VI Rerum cunctarum vim & ordinem intimè conſpicit (Chriſtianiſſime Rex) eas comperit Dei numen ita diſpoſuiſſe, vt ſuperiora inferiora regerent, & tuerentur; ſic enim cernere licet, cœlos & luminaria, hæc ima vi ſua protegere atq; fouere; quod

& in paruo mundo, homine nempè, factum conspicimus, vt à superiori potestate, vices Dei in terris gerente, Principibus scilicet, qui velut Sol in subditos motum, atque influxum, regiminis via immittunt, regatur, & conseruetur. Vnde, licet alta, & diuina res sit imperandi potestas, & innumeris referta splendoribus, diuinoq; auxilio adiuta, cum recto imperantium regimini salus cunctorum nitatur, attamen, vti Diuina Maiestas & si incomprehensa, omnium attrahit mentes, ex quo etiam balbutientes, eius naturam scrutantur, & pro illius gloria decertant, ita terrena potestas, vt superni luminis radius refulgens, & si in se summa, omnes tamen allicit, vt admirantes de illa cogitent, & verba facere pro viribus annitantur, vt ijs, qui pro omnibus laborant, suppetias aliquas præstent. Quæ ego quoque perpendens, licet inter sapientiæ amatores minimus, Rex Potentissime, cum iam nonnulla ediderim, ad communem hominum vsum spectātia, hæc pauca etiam ad Principū,

quos

quos summè veneror, & obseruo, dignitatem & potestatem patefaciendam, & recti eorum regiminis rationem tradendam, qualiacunque sint, collegi; Quæ Maiestati Vestræ, Christianissime Rex, qui si potentiam spectemus, amplissimus es, si virtutes animi, & corporis consideremus, dignissimus, cui tanta dignitas sit collata, quod res etiam bello paceq; egregiè gestæ, nulla sanè obliuione delendæ, ex sese patefaciunt, dicata volui; Denique, vt cui nuper non obscurum meæ erga Maiestatem Vestram exhibitum testimonium, gratum fuisse confido, sic hoc quoque meæ erga ipsum venerationis inditium, vt hilari fronte suscipere dignetur, supplex exposco.

AD LECTOREM.



ECREVERAM, *humanissime & benignissime Lector, post edita à me quamplurima Volumina de rebus Theologicis peragentia, more priscorum, de ijs quæ ad singulos Personarum Status spectãt, tractare; quæ, Deo ita disponente, in Politicam Christianè conscriptã, præter meam opinionem, conuersa vidi; quorum priorem partem, in Libro, quem de Ciuili, & Christiana Institutione conscripsi, editam habes; Nunc verò opus propositum prosequens, potiorem eiusdem partem, nempè, in qua de Principe, & Principatus administratione agitur, in lucem edo. In cuius rei pertractatione id obseruaui, vt Theologiam, & Iura, cum Historia, & Ciuili Institutione coniungerem, vt ita tutior appareret ratio res tanti ponderis agendi, aliqua, à priscis apposita ad Principatus ampliationẽ spectãtia, quæ à Christiana pietate nõnihil dissidere mihi sunt visa, consultò, ijs tacitis, omittens; necessaria tamen ad eiusdem conseruationem nequaquam præteriens, & Christianæ charitati consona afferens, ac ab alijs rectè allata adiungens; vt opus, quatenus per me licuit, omnibus numeris cõstans adesset: quod si à mei ordinis munere in aliquibus fortè distare tibi videatur, me excusatũ habe, qui id effecerim ne rem aliquã intactam relinquerem: Boni igitur, Candide Lector, hasce meas lucubrationes consule, & fœlix Vale.*

Ego Frater Alexander Manerba de Brixia, Lector ſacræ Theologiæ, ſanctæ Anaſtaſiæ Veronæ, vidi hunc Librum, & nihil in eo inueni Fidei Catholicæ, bonis moribus, vel Principibus Chriſtianis contrarium.


Ego Petrus Apollonius ſacræ Theologiæ Doctor, Rector ſanctæ Mariæ Rochæ Maioris Veronæ, vidi hæc ſcripta Ill. ac Reuer. D. Lælij Zechij, & nihil in eis inueni Catholicæ Fidei bonis moribus, vel Chriſtianis Principibus contrarium.

Petrus Stridonius Vicarius generalis Epiſcopatus Veronæ.

Fr. Hieronymus Placentinus Vicarius Inquiſitionis Veronæ.

Index Librorum, & Capitum Operis.

LIBER I.



LIBER II.

LIBER III.

Index Rerum Memorabilium.

Incli-

I

L

M

Prin-

R

Sedi-

S

T

V



DE PRINCIPE


LIBER PRIMVS.

IN QVO, DE IIS QVAE AD Principem, & Principatus essentiam pertinent, agitur.

SVMMARIVM.

1 *Principis status aliorum hominum secularium statum superat.*
2 *Principatus est ex iure naturæ, & inde introductus, & quomodo.*
3 *Principatus iustus à Deo est.*
4 *Principatus quomodo introducti, & aucti.*

De Principatu secundùm se, eius origine, vtilitate, & necessitate. Cap. I.



IRVM quidem est, si diligenter inspiciatur, hominis opificium, vt qui ad Dei Optimi Maximi imaginem cōditus sit, ac duplici portione, velut vniuersi compendium, Anima, scilicet & Corpore constet, vt corporis ratione rebus omnibus corporeis præcellet, & animæ vi cunctorum naturam pernosceret, & vsque ad primam causam cognoscendam, con- 1 *Principum status, aliorum hominum secularium statum superat.*

ſcenderet, & in eius amore exardeſceret, & illa demũ in cœlis frueretur. Inter homines verò, Principes ipſi, velut Sol inter minutiora aſtra, refulgent; ſunt enim velut caput ad corpus, in quod influxus, & motũ immittit, velut manus ad opus, & quodammodo velut Deus in mundo, vnde & in ſacris literis Dij appellantur. Pſal. 81. & Pſ. 49. vt exponit Theod. q. 47. in Gene. eo quòd Dei miniſterio in terris fungantur: & apud Homerum Iliados lib. 1. dicuntur Paſtores, eo quòd populos paſcere debẽt, & Patres, quia ſubditos alere, & in bonum dirigere habent, ideò de ipſis, in hoc ſacratiſſimo die, quo Deus ſummus carne noſtra indutus in terris apparere dignatus eſt, cuius boni Principes imitatores, & eius gloriæ defenſores eſſe debent, ad ipſius gloriam, initium huic operi faciens.

a Principat' eſt ex iure naturæ, & inde introductus, & quomodo.

a Primo loco de Principatus origine pertractando, aduertere licet, ꝙ etſi initio homines liberi nati eſsẽt, libertas etenim a natura, ſeruitus à iure gentium eſt introducta, cum tamen ij diſperſim habitarent, neceſſitatis iure, & ſocietatis mutuæ officio, qua ſibi inuicem opem præſtarent, adigente, ciuitates extruxere, vt ibi coniunctim viuentes virtutem colerent, & quaſi membra membris ſibi inuicem inſeruirẽt, vt inquit Philoſophus 1. Polit. lib. Cum verò multitudo ſine rectore, & lege dirigi non poſſit, eadem neceſſitate impellente, & iure naturæ docente, quoſdam virtute præſtãtiores viros, Duces, ac Principes, à quibus dirigerẽtur, & defenderentur, & ad virtutis bonũ promouerentur, ſibi ipſis conſtituerunt, ex quo factum eſt, vt qui ante liberi erant, alienæ poteſtati ſubijcerentur, & qui ante ſibi ipſis legem dicebant, ius condendi in ſe legẽ qua dirigerentur, & vi coactiua in officio continerentur, in eoſdem Principes trãſtulerint, ita vt à populo ad Principes, & dominium politicũ, & ius condendi leges eſt tranſlatum, vt inquit Philoſophus lib. 1. & 3. Polit. & Iureconſ. in l. 1. ff. de orig. iur. & Imp. Inſtit. tit. de iure

nat.gent. & ciu. Accedit, vt inquit excellentiſſimè D. Tho.de regimine Principum.lib.1.opuſc.c.1. nam in omnibus quę ad aliquem finem ordinantur, in quibus contingit ſic & aliter procedere, opus eſt aliquo dirigente, per quem ad debitum finem perueniatur, vt enim nauis, quæ ſecundùm diuerſorum ventorum impulſa in diuerſa loca ferri contingit, ad deſtinatum finem nō perueniret, niſi gubernatoris induſtria ad portum optatum dirigeretur, ſic hominis eſt aliquis finis ad quem tota eius vita, & actio ordinatur, cū ſit agens per intellectum, cuius eſt operari propter finem; contingit verò homines diuerſo modo ad finē tendere ob diuerſitatem humanorum ſtudiorum, & actionum, ergo egent aliquo dirigente ad finē. Et ſi homo alijs hominibus non egeret, tn̄ lumine rationis ſibi diuinitus indito ad debitum finem dirigeretur, ſed quia eſt animal ſociabile, aptum inter homines viuere, vt habetur lib.de Ciuil.Inſt.iam edito, oportet in ſocietate, & hominibus aliquid eſſe per quod multitudo regatur, aliter multis hominibus exiſtentibus, & vnoquoq; quod ſibi eſt congruum prouidente, multitudo in diuerſa diſpergeretur, niſi aliquis eſſet, qui eorum quæ ad bonū multitudinis attinēt, curam haberet, vt & corpus hominis deflueret, niſi eſſet aliqua vis regitiua in corpore exiſtens, quod perpendens Salomon ait: vbi non eſt gubernator, populus diſſipabitur, non enim idem eſt quod eſt proprium, & commune, ſecundùm proprium enim diuiduntur, ſecundùm commune verò vniuntur, oportet ergo præter id quod mouet ad proprium bonum vniuſcuiuſque, eſſe aliquid quod moueat ad bonum commune multorum, corpora enim cœleſtia diuina prouidentia per vnum reguntur, & omnia corpora per creaturam rationalem, in vno etiam homine, animus regit corpus, & inter animæ partes, iraſcibilis & concupiſcibilis ratione reguntur; Contingit verò in ijs quæ ordinantur ad finem, aliqua rectè,

& non rectè procedere, vnde eget aliquo rectè dirigente ad finem, & sic bonum commune; Accedit, nam quod plures homines vni se subdant regendos, ex naturali ratione contingit, nempè ex voluntate qua plures alicui se subdunt, quod verò à voluntate procedit, à principio intrinseco, & libero emanat, vt dixi tract. de Voluntario, & Inuoluntario, & declarat Philosophus 3. Eth. lib. quod verò tale est à natura procedit, ergo naturale est, vt homines alteri voluntariè se subdãt; Præterea inter homines sexus muliebris adest infirmus, & imbecillis, pueri, senes, & multi timidi, & imbelles, ergo aliquo egent forti, & robusto, qui eos nedum à naturalibus iniurijs, sed etiã hostibus externis tueatur, id fieri verò nõ valeret, nisi multitudo ei se subijceret, obediret, & opem ferret; præterea hominum multitudo præsidio legum destituta, esset effera, & insana, vt dixi supra tract. de Legib. & docet Sophocles, ergo opus est, vt aliquis sit qui leges decernat, id ad Principẽ spectat, ergo. Vlterius lex est per se muta, nisi quis vim natiuam sibi impertiatur, & executioni mandet, id facit Princeps, ergo. Tolle principatus è mũdo, confusa omnia erunt, & iniustitijs referta, alienum quilibet sibi vsurpabit, sola vis, ac libido dominabitur, at Princeps animata lex omnia sedat, componit, ac intra fines suos, suppliciorum metu, ac præmiorum exhibitione, manere cogit, vnde nedum natura ipsa, sed & necessitas mouet, vt alicui homines, à quo regantur, subdi debeant; Præterea nedum voluntarium dicitur, & perinde naturale, non solum quod est tale absolutè, sed etiam secundùm quid, vt eius qui proijcit merces in mare, vt se saluet, vt inquit Philosophus 3. Ethic. licet ergo in libertate viuere omnibus sit optabile, secũdùm quid tamen homo alteri voluntariè subditur, vel quia rudis sit, & sic subijcitur sapiẽti, vt ab eo erudiatur, vt ait Philosophus 1. Polit. & in proœmio Metaphysicorum; secundò, ex accidenti ob maius bonum

homo

homo liber alteri homini subditur, & hoc pacto gratia vitæ seruandæ homo se vendit alteri ad pretiũ participandum, vt in famis necessitate se seruet, vt habetur Exod.21.Leuit.25. & habetur Institut.tit.de Iure Pers.& l.2. C.de patrib. qui fil.propr.distraxerunt. & Instit.de patria pot.vel cum quis ab hostibus capitur, quorum potestati voluntariè se homo subijcit,& iuris diffinitione,vt incolumis seruetur.l.libertas. ff.de statu hom.& Instit.tit.de Iure Pers. si ergo ex causis prædictis potest homo alteri homini subdi,sic etiam multitudo, vt se seruet incolumen, iure alteri subditur. Vnde &Cicero lib.3.de Legib.ait,sine imperio enim, (quod est certus ordo in iubendo,& parendo)nec domus vlla,nec ciuitas,nec gens,nec hominum vniuersum genus stare,nec rerum natura omnis, nec mũdus ipse potest:& Seneca idem vocat spiritum vitalem per quem Respublica cohæret. lib.1.de clem.

Et nedum principatus ex iure naturæ emanat, sed etiam à Deo, si iustus sit, authoritatem sortitur, licet enim dominium tenere sit proprium solius Dei, quod ius sibi vendicauit in rerum cõditione, quarum meritò dominus est effectus,eius tamen nomine homines hominibus præsidere, & dominiũ rerum habere à diuina procedit authoritate à qua omnis potestas dependet, sic enim Spiritus sanctus Prouerb.8.ait,Per me reges regnant,& legum conditores,(vel,vt alia lectio habet) Principes iusta decernunt, & idem Salomon. 2.Paralip.1. Fatetur se regem à Domino constitutum,non enim est potestas,nisi à Deo, & Deus ipse Deuteron.16. constituit iudices, vel Magistratus constitui iubet,vbi ante non erant, & Sap.6. & Deus ipse præ fecit populo Moysem, Exodi 18.& Dauid quoque diuina ordinatione est electus.1.Reg.16. & profectò, quòd homines liberi vni homini subdantur à quo regantur, est quædam diuinæ potestatis participatio, cũ enim ipse omnimodam in homines habeat potestatẽ,

3 *Principatus est à Deo.*

& quò ad animam, & quò ad corpus, quosdam inter homines esse voluit quibus delegationem suæ potestatis in hominibus regendis visibiliter participaret, & tanti apud omnes fierent, vt eis cæteri obedirēt, quod fieri nō valeret, nisi diuino instinctu id hominibus impressum esset, vt vni homini ipsius vices gerenti cęteri obtemperarent, quod nequaquam contingeret, nisi diuina authoritas accederet, cum alioqui homini simplici cæteri homines, nisi hoc lumine ducti, non subderentur, nec ipse maiorem cæteris, cum naturæ conditione cæteros non antecellat, obtineret authoritatem, nisi diuina authoritas naturaliter indita non accederet, vnde & pro radice omnium malorum ponitur, ꝙ non sit rex in populis. Iudic. c. 17. & in vltionem scelerum idem minatur boni Principis priuationē. Isa. c. 3.

Principat⁹ vt introducti, & aucti.

Principatu igitur sic naturę lumine, & Dei mandato constituto, imperandi potestas per temporum interstitia incrementa suscepit, principio namq; distincta est humana politia per domos, generationes, & loca habitationum electa, ante Diluuium enim distincti sunt Principes generationum, & per familias constituti. Genes. 4. & 5. post Diluuium etiam inter generationes Sem, Cham, & Iaphet, filiorum Noe, diuisæ sunt familiæ, & gentes per orbem terrarū. Gen. 10. 11. Rursus ex duodecim filijs Iacob, vel duodecim Patriarchis, totidē diuisiones generales sunt factæ, quæ denuò per cognationes, & familias sunt exactæ. Exod. 6. Num. 1. & 2. Paral. c. 1. cū seq. & Arist. lib. 1. Polit. c. 1. refert ex Homero, incrementa regnorum orta fuisse ex domibus primum, & familijs, quibus præerant seniores, deinde constitutos pagos ex propagatione familiarum, & omnem domum dicit consuetam gubernari à seniore, & primum sub regibus ciuitates fuisse, nunc autem & gentes, quibus reges iura dedere.

A principio etiam exigua erant regna, & fines angusti, populis vni se subijcientibus, qui eos diligenter

cu-


curabat,absq; ambitione sibi subijciendi alienigenas, vt ait Iustinus in princ. qui dicebãtur sæpè reguli pau cis contenti, cũ & naturæ author regionibus suos terminos præstituerit,fluminibus,lacubus,vel montibus interiectis, vt ita videretur sat esse si quis certæ angustæ regioni rectè præesset, vt & post confusionem Babilonicam variæ linguæ sunt ortæ, vt indicaretur fortè vni linguę sat esse si vnus rectè dominaretur,postea verò malitia hominum crescente, & regnandi libidine, orta sunt bella,vnde potentior infirmiorem sibi subijcere conatus est,vnde imperiorum fines dilatati sunt, & diuersæ rerum publicarum administrationes exortæ,& populorum,ciuitatum,oppidorum,&regnorum societates:vt dicit Greg.Tolos.de Republ.lib.1.cap.2. quod & post,vsu rerum teste, expediens fuit,cũ enim malitia hominum excreuerit,facilius homines in officio contineantur, & à prauis deterrentur, si lati sint imperij fines, vt quibus post patrata scelera nullum sit perfugium; modò imperium legitimè sit acquisitũ.

SVMMARIVM.

1 Princeps cur sic dicatur.
2 Principes quandoque dicti sunt Dij,qũo, & quare.
3 Principes quandoque dicti sunt Iudices, & quare.
4 Principes quandoque dicti sunt Duces, & quare.
5 Principes sæpè dicti sunt Reges, & quare.
6 Princeps aliquis dicitur Imperator, qũo, & quare.
7 Principes dicti sunt Domini, & quare.
8 Principes ab euentibus quæ nomina quandoque sint sortiti.
9 Principum vani aliqui tituli recensentur.
10 Principibus qui tituli à varijs nationibus communiter sint tributi.
11 Principes quibus insignijs quandoque sint vsi.
12 In Principum inauguratione, vel inthronizatione qui ritus obseruati.

De nominibus Principibus tributis, insignijs eorum, &c. Cap. II.

1 *Princeps cur sic dicatur.*



LVRIBVS Principes, ob gradus prærogatiuam, vel aliqua accidentia, nominibus sunt appellati. Primò enim is dicitur Princeps, quasi primum caput, vel præstans inter alios, & principatus status est, & dignitas eius qui primus, & præcipuus est. Et licet Principis nomen simpliciter de Deo dici possit, qui est principium, & finis omnium. Apocal. c. fi. tamen in regno, vel imperio, cum sit sermo de Principe intelligitur de Rege, vel Imperatore. §. sed & quod. Instit. de iur. nat. L. 1. ff. de constit. princ. cap. vnico. de sacra vnctione, vel de capite Reipublicæ in eis, qui præsunt vniuerso populo, & quãdoq; alios Principes habẽt sub se. Exo. 22. Alij Principes qui ex alijs pendent, dicuntur cum additione, vt Principes Imperij, Principes Regni, qui habent Ducatus, vel Comitatus ab Imperio, vel Regno, & illis subditi sunt, sic Rex Niniuitarum dicitur edictum cum Principibus constituisse. Ionæ 3. & Nabuchodonosor conuocasse Principes regionum. Dan. 3. & Assuerus conuiuium Principibus eius præparasse. Esther 1. & 2. qui habent principatus à superioribus, & hi à Deo. Coloss. 2. Rom. 13. Tit. 3.

2 *Principes quandoque dicti sunt Dij, quō, & quare.*

Secundò, Principes quandoq; dicti sunt Dij. Ps. 46. Quoniam Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt. Exodi 7. Ecce constitui te Deum Pharaonis, & c. 22. Psal. 81. Deus stetit in synagoga Deorum; quia non est potestas, nisi à Deo permissiuè, vel per concessionem. Rom. 13. vt indicetur sicut populus Principi obedire debet, d. c. 13. Rom. Sic Princeps Deo: vt dicit Chris. in Psal. 143. & ab Homero Principes dicuntur Ioue editi, & à Menandro dicuntur imago animata Dei, quod

&

& asserit Plutar. in Themistocle. & Tert. lib. ad Scapulam. vocat Imperatorem hominem à Deo secundum, vnde sceptrum erat Regum insigne, quod erat Dei insigne, vt dicit Ouid. 1. Metamorph. & 3. de Am. eleg. 1. vnde & dicitur Princeps vice Dei fungi in temporalibus. l. 1. ff. de offic. eius. l. quod meo. ff. de acqui. poss. & §. 1. nouel. 73. de instr. fid. & caut. dicitur Deum de cœlo imperium constituisse, & Imperatores dicuntur sanctissimi, & eorum responsum cœleste oraculum. l. nullam. vbi glo. C. de sacr. san. eccl. l. titia. §. fin. de leg. 2. & etiam dicuntur semidei, ab Hesiodo, & Statio in 2.

Tertiò, aliquando Principes dicti sunt Iudices, vt patet lib. Iudic. & sic dicti sunt vsque ad Samuel. Genes. 18. 1. Reg. 7. Act. c. 13. & 21. Iudic. cum proprium Regis sit facere iudicium, & iustitiam. cap. regum officium. 23. q. 5. quod & Dauid rogabat. Ps. 71. 3. Reg. 3. & Cic. lib. 2. dicit, iustitiæ faciēdæ causa bene moratos reges olim constitutos, & Arist. 3. Polit. c. 11. dicit, quod Rex Dux est belli, & Iudex controuersiarum, & alibi idem in sacris literis habetur 3. Reg. 10. Iere. 22. Prouerb. 20. vnde solium Principis dicitur sella, vel sedes honorabilior, vbi cū maiestate ius dicit; & ideò Princeps debitor est iustitiā facere, vt dicit Lucas de Penna. in l. neminem. C. de suscept. & archar. lib. 10. & ob id ei redditus dari, vt dicit D. Th. 2. 2. q. 63. art. 1. Matth. de Afflict. decis. 265. nu. 80 & 81. 3 *Principes dicti sunt Iudices, et quare.*

Hinc est quòd olim Principes ius dicebant, vel alij iudices eorum nomine, ijs impeditis, vt dicit Athen. lib. 12. c. 4. vnde Persarum Reges, licet delitijs dediti ius in aureo solio, & throno purpura ornato dicebāt, idem ibi cap. 3. quod & Indi Reges seruabant, vt dicit Q. Curtius lib. 8. quod & Ianus faciebat, teste Beroso. lib. 4. & Seuerus Imperator, vt dicit Herodianus lib. 3. & Mitridates Rex Ponti, vt dicit Plin. lib. 7. cap. 24 & lib. 25. c. 2. Gell. lib. 17. c. 17. Valer. lib. 8. c. 7. & Herodis Regis Antippæ Philippus frater, vt dicit Ioseph. li. 18.

c. 1.

c.1. vnde & Deus Principes segnes in reddenda iustitia reprehendit. Is.1. quæ ego intelligerem modo Princeps iura norit, vt præsumitur ea in scrinio pectoris habere, aliàs per idoneos iudices id diligenter exequi debet, maximè difficilia.

4 *Principes dicti sunt Duces, & quare.* Quartò, aliquando dicti sunt Duces, maximè tempore belli, vt Reges tempore pacis. 1. Reg. 8. Cum vtrunque Regis sit munus, vt ibi habetur: & hic est modestior titulus, quàm imperantis, vel regis, sic dicti quod Dei iussu gubernent. d. cap. 8. & refert Trogus. lib. 2. & quandoque Duces sub alijs Principibus erant constituti, vt ait Polib. lib. 10. & quandoque è Ducibus belli in Reges eligebantur: vt dicit Iustinus lib. 24. de Sosthene electo Rege à Macedonibus, quòd firmasset eorum animos trepidantes contra victoriam Gallorum; post Duces sunt dicti Principes Regni à Regibus electi, vel Imperatoribus: vt dicit Sabell. lib. 5. Aenead. 8. & lib. 19. & 23. hist. Anglic.

5 *Principes sæpè dicti sūt Reges, & quare.* Quintò, frequentius dicti sunt Reges, à regendo, cũ regere sit id quod rectum est tenere, cum rectum sit quod in neutram partem flectitur, inde per translationem quod bonum est, rectum dicitur, & qui bene, & ex legum præscripto Rempublicam administrat, Rex dicitur, vt dicit Cic. lib. 3. de Finib. sic apud Romanos primo regentes Reges sunt dicti, & postea Imperatores, vt dicit Trogus Pomp. & Iustinus in 1. & apud alias etiam gentes: vt dicebatur Rex Aegypti, Rex Tanais, & olim veteres Reges non Imperium sibi, sed populis suis gloriam quærebant, vt dicit Berosus lib. 4. in Nino. quia iustus, & legitimus Princeps habebatur, qui regnabat ex consensu populorum, vt Tirannus dominans, & imperium adipiscens illis inuitis; apud Romanos etiam magno in honore habebatur, quòd aliquos Reges nominarent, vt fecerunt de Perseo, & Deiotaro, vt dicit Liu. lib. 44. & Cic. orat. pro Deiotaro. & passim Reges Principes in sacris literis dicuntur.

Reguli

Reguli inde dicebantur, qui ſub Regibus erant, de quo Ioan. 4. & Seruius in 8. Aeneid.

Sextò, aliquis Princeps dictus eſt Imperator, & ſic dicebatur Dux militum præcipuus, qui imperabat militibus, ab imperando, vel iubendo dictus, & quandoque milites ſuos duces, rebus bene geſtis, Imperatores vocarunt: vt dicit Appian. Alex. lib. 2. de bello ciu. & lato vocabulo Imperatores dicti quoquomodo Præſidentes publicè & Magiſtratus. l. poteſtatis. ff. de verb. ſign. l. 3. ff. de legib. Et licet olim Imperatoris titulus ad tempus certum tantum daretur, vt dicit Appia. Alex. lib. de bellis Mitridat. tamen Iulio Cæſari imperiũ ſub Imperatoris nomine perpetuò eſt delatum, vt dicit Suetonius, poſt quem populus detulit imperium Octauio ad decem annos, & poſt ad eius vitæ tẽpus; poſt Octauium Cæſares ſub hoc nomine Imperatoris ex populi conſenſu regnarunt, vel tacito, vel expreſſo, vel vi, & ita per ſucceſſionem filij eorum ſuperſtites, vel militũ impetu, vel ducum potentia, vel alio modo. Demum ſummi Pontifices in Occidente Imperatores Occidentales coronarunt, & formam eligẽdi Regem Romanorũ, & Imperatorem tradidere. c. venerabilẽ. de elect. de quo tract. de Elect. aliqua habentur. qui & non ſunt domini totius Orbis Chriſtiani, vt pluribus probat Greg. Toloſ. de Repub. lib. 6. c. 13. & conſentiũt Theologi, recentiores præſertim, ſcilicet Dominicus Sotus, Salon, Aragon, & Molina in eorũ tract. de Dominio; præter quos eſt ſummus Pontifex, qui eſt caput Eccleſiæ Catholicæ, & omnes Chriſtiani ex neceſſitate ſalutis ei obedire tenentur. c. vnam. de maior. & obed. in extrau. communi. & habet vtrunq; gladium, de qua re aliàs plenius dixi.

6 Princeps aliquis dicitur Imperator, quã, & quare.

Septimò, alij vocati ſunt Domini, licet hæc appellatio inter homines liberos dura ſit viſa, 3. Polit. c. 10. id tamen fieri potuit ex populi volũtate, qui ſe alicui regendum ſubiecit, qui tamen modum exceſſit quandoque,

7 Principes dicti ſunt Domini, et cur.

que, cum propriè dominorum poteſtas ſit in ſeruos, vt Regum in ciues volentes: & domini nomē proprium ſit Dei, quem titulum actu ſibi comparauit in rerum conditione, vt dixi tract. de Deo, ſub cap. de Dei nomine. & ideò domini nomen Octauius Cæſar, vt opprobrium exhorruit: vt dicit Suet. in eius vita, & Tiberius cum ſic quandoque eſſet vocatus, vetuit ne deinceps id fieret, vt dicit Suet. in Tiberio, vt contra Domitianus cum ſemel ſic eſſet dictus, conſtituit vt non aliter diceretur, vt ibi dicit in Domitiano. Dominatio tamē non eſt improbanda ſi miſericorditer exerceatur, cum ſic Principes etiam in ſacris literis vocentur. Matt. 20. Marci 10. maximè ſi verum eſt, quòd dominatio dicatur à domo, vt indicetur Principem ſubditis nō ſecus, ac patrem filijs dñari debere, ſcilicet ad eorum bonū.

8 *Principes ab euentib. qua nomina quandoque ſint ſortiti.*

Octauò, aliqui Principes ab euentibus alia nomina ſunt adepti, vt Hermes Aegyptius dictus eſt Trimegiſtus, quòd fuerit magnus Sacerdos, magnus Philoſophus, & magnus Rex; Alexāder Macedo magnus, ob eius geſta, & Conſtantinus poſt Licinium ſuperatū pariter magnus eſt dictus, qui & maximus ab alijs eſt dictus, vt & Pompeus à Romanis, vt dicit Plut. in Sertorio. & Marcus Antoninus pius eſt dictus: vt dicit Iulius Capitolinus in eo. & Ptolomæus Aegyptiorum Rex, dictus eſt Bonergetes, vel benefactor ab effectu, ꝙ oībus benefaceret, vt & Antigonus Macedoniæ Rex, vt dicit Plut. in Cleomene. & Cicero pater patriæ decreto curiæ eſt dictus, & Demetrius Poliorcetes, ideſt vrbium euerſor ob eius induſtriā in excogitandis machinis bellicis, vt dicit Diod. Sic. lib. 20 & alia id genus multa: omitto eos qui vanos, & ſuperbos ſibi titulos vſurparunt, vt Darium Arſani Hiſtaſpis filium Perſarū Regem, qui dixit ſe Regem Regum. & conſanguineū Deorum. vt habetur lib. 2 ſupplementi. ad Q. Curtiū. Cleopatra etiam ſe dixit Reginam Reginarum. Sapor Rex Perſarum ſe fratrem ſyderum Solis, & Lunæ dixit,

9 *Principum vani aliqui tituli.*

xit, vt dicit Ammia.Marcel. lib.17.hist. & Alexander dixit se filium Iouis Hammonis, & diuinum habitum æmulatus est, vt dicit Valer.lib.9. c.5. & Plut.in eius vita, & Rex Arabum supercilium se dixit, & alij Deos etiam se vocarunt, vt Nabuchodonosor, & alij quos latè recenset Greg.Tolos.lib 5.de Repub. c.11.& 12. vt contra Antigonus Rex reprehendit Hermodotum, quod eum Iouis filium dixerit, vt dicit Plut.in Apopthteg. & Sigismundus Imperator quendam, qui eum similem Dijs dixit, alapa cædit, vt dicit Aen. Silu.lib.2. de rebus gestis Alph.

Alij porrò tituli communiter à nationibus suis Regibus tribuebantur, Aegyptij enim suos Reges nominabant partim Ptolomæos, partim Pharaones, Parthi, Arsacidas, Latini Murranos, Albani Siluios, Romani Imperatores Cæsares, vt dicit Beroaldus in princ. commentariorum Suetonij Tranquilli. Basil.in Ps.33. Prophetæ probatos Reges Dauid vocabāt, vt dicit Chris. hom.58.in Matth.c.17. Reges Athenienses Ericteidæ dicti, & Cecropidæ Scitharum Reges Scolothis dicti sunt, vt dicit Herod.in 4. in Meroe Reginæ Candaces sunt dictæ, vt dicit Plin.lib.6.c.29.& alia id genus, vt dicit latè Tolos.d.lib.6. c.10. 10

Princ. pib⁹ qui tituli cōmuniter à nationibus sint tributi.

Varijs quoque insignijs Principes ad eorum splendorem notandum vsi sunt, Dauid enim in insignibus gerebat Leonem, quòd fortè Leonem necasset. 1. Reguin c.1. & 17. vel ad indicandum id vicit Leo de tribu Iuda. Apoc.5. Idomenæus Gallum gallinaceum, vt dicit Pausanias. lib.5. Octauius Augustus initio vsus est sphinge, tum imagine magni Alexandri, & demum sua, quod sequentes etiam vt plurimum fecere: vt dicit Suet.in Octauio.c.50. Seleucus Anchora in annulo signatorio, vt dicit Dio. Cassius lib.51.hist. Poloni Aquila alba expansis alis, & alij alijs, de quibus latè Greg.Tolos.lib.6.de Republ.c.16.& 17. & Cassanæus de gloria mundi, lib.4. 11

Principes quibus insignijs quāque sint vsi.

Varij

12 *In Principum inauguratione, vel inthronizatione, qui ritus obseruati.*

Varij quoq; ritus in Principibus inaugurandis, vel inthronizandis, seruati sunt, vt eo signo indicaretur Principem præ cæteris colendũ, qui cum caput sit populi, iccirco sæpius in capite pręcipua insignia, vel simbola sui principatus, accipit & gestat, scilicet coronã, diadema, fasciam, pileum ducale, & id genus, quandoque in alia parte corporis propria gerit insignia, vt globum, sceptrum, purpuram, sandalia, & alia iuxta mores nationum: Moysi Deus dedit virgam signorum instrumentũ pro sceptro, & simbolo potestatis. Exo.4. in signũ verò potestatis sacerdotalis, dedit ei vestimentum lineum, tunicam, superhumerale, rationale, baltheum, thiaram in capite, cum lamina sancta super eã, cum ritu vnctionis capitis. Exo. 28. & 29. Romani Imperatores quandoq; inaugurati sunt primò salutatione, eum vocando Imperatorem, & Augustum, secũdò, purpura, & reliquo ornatu eum induendo, tum, præcedente igne, deducebatur ad templum, postea ad ædes suas, vt dicit Herodian. in 2. de Macrino loquens. & lib.4. in princ. loquens de filijs Seueri. & lib.7. loquens de Gordiani electione, & videtur quòd primæ salutationes Imperatorum essent cum adoratione: vt videtur colligi ex Herodiano. lib.5. vt in salutãdo Regem Israel, dicebatur, Viuat Rex, cum buccina sono quandoque coniuncto. 1. Reg.10. 3. Reg.1. 4. Reg.11. 2. Paralip. c.23. Dan.2. Purpura verò primum fertur delata à Rege, cum eius tincturam Hercules Tirius sic inuenisset, nam cum canis eius comedisset conchylia, & ad eum accessisset dentibus cruentatis, inde tincturã cœpit, quam Minoidi Regi obtulit, qui primus eam gestauit, vt dicit Suidas in Hercule Tirio, & Romulus dicitur primus vsus trabea regia, quæ ex purpura, albo immixto erat, vt dicit Alex. ab Alex. li.5. c.18. Purpura tamen à Romanis concessa quandoque post est magistratibus, pueris prætextatis, senatoribus, sacerdotibus in sacrificijs peragendis, & vltimo trium-

phan-

phantibus,vt dicit Liu.lib.34. Imperatores Constantinopolitani puniceis vsi sunt calceis,vt ait Luithpran. lib.3.c.9. In Græcia in inaugurationibus Regũ, mos fuit eos ducendi in templum, vt dicit Dyctis Cretensis.lib.1.de bello Troia. Reges etiam Persarum consecrabantur à sacerdotibus suæ gentis in templo cuiusdam Deæ Bellonæ,vt dicit Plut.in Artoxerse. Ignis ẽt præferebatur Imperatoribus apud Persas,quos vt Deũ colebant, vt dicit Strabo.lib.17. & hr̃ in eccl.hist.li.7. c.8.& Iudith 3.legitur, Principes exijsse obuiam Nabuchodonosor cũ coronis, & lampadibus, & mortuo Rege in domibus Persarum,ignis extinguebatur,quẽ quisque pro lare familiari adorabat, vt dicit Diod.Sic. lib.17. quia lumen, & ignis diuinitatis est simbolum, & Sol imago quædam Dei,ad indicandum,quòd Princeps, vt Sol lucere debet inter homines, vnde & Persarum Magi ignem sacrũ perpetuò conseruabant, quẽ tamen vt Deum falsò adorabant,donec Abdas eorum Episcopus illum sustulit,vt dicit Niceph.lib.14.c.9.& vt ignis lucet, & segregat, sic Princeps lucere virtutib. debet, & segregare discolos à bonis iustitiæ tramite, si id opus bono publico sit;Fuerunt etiam signa Imperij fasces,& secures,quibus virgæ erant colligatæ,quas dicunt Ianum instituisse ad noxios terrendos, & tutandum aureum seculum , vt dicit Cato. lib.de originib. Fascibus etiã accedebat sceptrum quo Reges insigniti erant,vt ait Iustinus lib.43. habebant enim hastas Reges pro diademate quas græci sceptra dixere,& significatur sceptro disciplina Dei,qua Reges vti debent in imperando, vt dicit Plato in Minoe, quod & Deo tribuitur,quia ipse sit baculus, quo fulcimur ne labamur, quod & Princeps erga subditos seruare debet. Aliqua præterea sceptra in summo imagine Ciconiæ ornata fuere,in imo hyppopotami,quarũ primũ simbolum pietatis est,secundum violentiæ, vt dicit Alex. ab Alex.lib.1.cap.28. ad indicandum Regem pietatem

tem cum iustitia vti debere.

Baculus etiã virga manu regia gestata, insigne Regum erat, quam Reges Assiriorum gerebant, & ad se accedentibus porrigebant osculandam. Esther.c.5. sic magistratus apud Germanos baculum tenent, quem lata sententia, frangunt, vt potestate cessante; & Princeps Moscouiæ cum aliquem nobilium alicui officio præponit, baculum ei dare solet, quem reddi Principi officio finito. Diademate pro insigni regio Armeniæ Reges vtebantur, vt dicit Appia. Alex.de bell.Mitrid. quo vtebatur & Dauid.1.Paral.c.20. & Reges Persarum, vt dicit Ioseph.lib 20.antiquit.c.2. cum cydari, quæ erat fascia cerulea albo distincta fronti imposita, vel purpureum diadema albo distinctũ: vt dicit Curtius Rufus.lib.3.& 6. Reges etiam Persarum thiaram gestabãt rectam in capite soli, cono in sublimi erecto, aliorum verò thiara deorsum vergebat, & in frontem deducebatnr, vt dicit Xenophon.lib.2. expedit. Ciri. Aegyptij pro regio signo, Leonem, Taurum, vel Draconem fictum, vel ignem, aut arborem fictam supra caput gestabant, vt dicit Diod.Sic.lib.2. Galli nouum Regem in clypeo eleuabant, vt dicit Herod.lib.1. sed post fidem adeptam vncti sunt Reges illi per Archiepiscopum Remensem, vel alium. Germani etiam Regem electum humeris gestabant, & scuto exceptum succollocabant per vices, pro regio fastigio, vt dicit Alex.ab Alex.lib.1. c.28. Apud Vtopienses manipulus frumẽti gestatus est insigne regiũ, vt Pontificum structura cerea, vt refert Thomas Morus.lib.2.de Vtopia. Dux Moscouiæ in ecclesia Metropolitana benedicitur præsentibus Episcopis, & in sede installatus à singulis salutatur; Reges Boehemiæ inaugurantur per vexillorum traditionem: Corona nunc propriè est signum adepti principatus, qua coronatus est Alcibiades rediens ex victorijs: vt dicit Aemilius Probus in eius vita; quæ tamen coronæ diuersæ erant, vt dicit Aulus

Gell.

Gell.lib.5.cap.6. Plin. lib.22.c.3.4.5.& 6. lib.16.c.4. lib.21.c.23. scilicet militares,triumphales,obsidionales,ciuicæ,murales, castrenses, nauales, & ouales. Athen.lib.17. dipno.c.5.6.& 7. vsque ad 15. vbi varias refert coronarum formas, & coronarum vsus habebatur etiam apud Hebræos.Exo.25.&30.3.Iudith. & corona est signum eorum qui præsunt, vt dicere videtur Hier in ep.ad quendam suum Leuitam, relata in cap. duo sunt genera.12.q.1. sic Rex Romanorum electus inungitur,consecratur,& coronatur à Papa. c.venerabilem de elect. triplici corona,vna ferrea, quam recipit Aquisgrani, per quam Rex designatur Germanorum,tum alia ferrea Medocij oppido Longobardorũ, vel palea contexta in Ecclesia Diui Ioannis,qua Longobardorum Rex creatur; tertia aurea Romæ à Papa accepta,per quam Augustus,&Romanorum Princeps nuncupatur, ex more tamen, secunda ferrea traditur Mediolani.Platina in ClementeV.& in Ioanne XXII. & de quo glo.in cap.fin.de regul.iur.in 6. & in clem. vnica. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Principatus aliquis per electionem defertur , & rectè.*
2 *Principatus quãdoq; per successionẽ defertur ,et iure.*
3 *In Principatu quis ex pluribus filijs , vel nepotibus succedat.*
4 *Principatum an obtineat filius natus , ante adeptionem principatus, vel qui post.*
5 *In Principatu an succedat filius natus ex primogenito præmortuo, vel alius proprius filius .*
6 *Principatus an per fœminas obtineri possit .*
7 *In Principatu vt succedatur ex testamento, vel ab intestato .*
8 *Principatus an acquiratur per emptionem .*
9 *Principatus sorti an committi possit.*
10 *Principatus an per contractus deferatur, & quomodo.*

11 *Principatus an bello acquiratur, & quomodo.*
12 *Princeps nouus pro veteri non est quærendus.*

De modis legitimè adipiſcendi Principatum. Cap. III.



1 Principat' per electionem acquiritur, & rectè.

Vm naturale ſit, vt initio eſt dictum, vt homo hominibus principetur, & ei reliqui ſe regendos ſubijciant, id verò iure fieri non poſſit, niſi ipſis ſubditis cõſentientibus, quod fit per electionem conſultatione præcedente, ſequitur, vt electio, qua quis à populis aſſumitur ad Principatum, prior natura, & magis legitima via cæteris ſit adipiſcendi Principatum.

Hæc verò electio, vel eſt libera de quocunq; libuerit, vel reſtricta ad certum genus perſonarum, de quo Princeps eligi debeat.

Primo modo, mortuo Romulo, ob factiones, diu regnum iacuit ſine rege, tum creatus eſt Numas, & alij reges electiui vſque ad Tarquinium ſuperbum, vt dicit Liu. 1. lib. hic enim auitum regnum, quod à Seruio tenebatur, ſibi rapuit ui ipſo occiſo, vt dicit Florus lib. 1. rerũ Rom. & ex lege Romuli regum electio ad populũ pertinebat, licet ſæpè populus reges eligeret, authore Senatu, vt ibi dicit Liu. Lidij etiam quendam ſeruum Fabri plauſtrarij, pretio ſoluto, ob eius præſtantiam, Regem ſibi conſtituere, vt dicit Heraclides in lib. de Politijs, in politia Cymenſium; Sic etiam Soſthenes Dux Macedonum ob egregia facta Rex eſt electus, vt dicit Iuſtinus in Trogo. lib. 24. Sic Deus elegit Salomonẽ, vt ſederet in ſolio Dauid. 1. Paral. c. 27. 3. Reg. 10. & Nerua Coccius Imperator Traianum ob eius bonitatem, poſtpoſitis conſanguineis Principem fecit, ſic Bamba ab aratro electus eſt Hiſpanorũ Rex,

qui Mauros deuicit,& eorum classem succendit,vt dicit Ritius lib.2.Regum Hispaniæ. Duces etiam dati sunt populo Israelis per Dei electionem ante regnum Saulis, ipso Deo eorum Rege extante, quòd populus ille ei esset peculiaris,donec ad petitionem populi dedit eis regem.

Aliquando peruenitur ad electionem Principum, quando deficit genus in principatu,qui iure sanguinis defertur,vt factum est Imperatoribus morientibus sine filijs,& apud Argiuos deficiente stirpe regia Heraclidum; sic Poloni mortuo Pipiello,Piastum agricolã virum iustum, & simplicem Regem elegerunt, vt ait Cromerus lib.2. & Alinomus horto operam colendo dans,& eo se alens,ad Alexandrum adductus,Rex Paphi est designatus,vt d.Plut.orat.2. de Alex.Fortuna.

Secundo modo, Principatus defertur per electionẽ non omnino liberam, cum electio ad certum hominũ genus contrahitur,vt Archiduces Carinthiorum,non nisi agricolæ eligebantur, vt dicit Pius Papa in descri. Europæ. Sic Deus statuit, ne populus aliquando sibi Regem eligeret,nisi ex fratribus suis,Deut.c.1.& 7.& refert Greg.Tolos.de Repub.lib.7.cap.15. qui & dicit Imperatorem tantum Germanum, vel Gallum,ab Electoribus Imperij ex communi sententia Doctorum, eligendum.

Et hæc Regna, quæ per electionẽ deferuntur,quandoque in perpetuum, quandoque ad certum tantum tempus cõceduntur: vnde apud Thebanos Duces certo tantum tempore regebant, mortis pœna statuta si id tempus excessissent,vt dicit Aemilius Probus in Epaminunda,& Aelianus lib.13.de varia hist.Cartagine etiam bini Reges quotannis creabantur, vt dicit idẽ Aemilius in vita Annibalis; apud Romanos Consules tantum per annũ imperabant: Dictator verò qui erat supra Consules per sex menses tantum.Liu.lib.2. Dion.Halicar.lib.5.Plut.in Camillo.& in Fabio Max.


alibi verò dum viuunt imperant, alibi etiam cum suprema potestate, alibi cum limitata.

2 *Principat⁹ per successionẽ quandoq; defertur, et iure* Secundo loco, successionis iure quandoq; acquiritur. vbi populi id genus imperandi admittunt, quod licet non sit ita perfectum, vt electiuum, cum hic virtute præstantes tantum eligi debeant, tamen id sæpè, ob factiones, & seditiones, quæ in electionibus sæpè contingunt, potius est, & legitimum, vbi talis successio est approbata, cum enim natura hominum auida sit Imperij, teste Salust. in Iug. & cupido potentiæ mortalibus insita, vt dicit Tac. 1 1. hist. & cunctis affectibus flagrantior sit, vt idem ait lib. 11. Ann. per successionẽ malis ob id occurrentibus prouidetur, cum minore discrimine Princeps sumatur, quam quæratur, vt dicit Tac. hist. 11. & aliorũ spes cohibeatur, si successor non sit in incerto: idem 11. Annal. & filius proinde talis futurus, aptius erudiatur, & imperiũ tutius custodiatur; Sic Lacedæmones Reges duos sæpè habebant nomine magis quàm Imperio ex duabus familijs, Proclis, & Euristhenis, & primus ex his habebatur, qui maximus natu esset ex liberis eius qui regnans decessisset, qui si absque liberis decederet, eligebatur qui proximior esset consanguinitate, fœminis exclusis, vt dicit Aemilius Probus in vita Agesilai. Sic orta lite inter filios Dauid de successione, statuit vt à Salomone inchoaretur, quo postea decedente, alij successere, vt habetur 3 Reg. cap 1. & 11. Similiter regnum Macedonum secundùm genus deferebatur, vt dicit Diog. Laertius in Platone. & Iustinus lib. 15. quod & apud Persas est seruatum, vt dicit Strabo. lib. 15. & idẽ translato regno ad Parthos est seruatum, vt dicit Ioseph. lib. 18. antiquit. c. 3. quod & Aegyptij per annos tercentum quadragintaquinque seruarunt, vt ex eodẽ genere semper Reges essent, vt dicit Ammon. lib. 4. de gestis Franc. c. 24. & idem seruarunt Indi, Aphri, Tartari, Turcæ, Galli, Hetrusci, & Hispani; & hoc genus re-

regnandi probatur etiam Deut. cap. 17. & Gen. 49. & probatur etiam in c. licet. de voto. in c. 2. de suppl. negl. præl. in c. ad apostolicæ. de sent. & re iud. in 6. & est via potior plerunque, cum populi facilius obediant Principi consueto, quàm nouo, & difficile alienigenis subijciantur, vnde Licurgus sanxit ne peregrini in vrbem admitterentur, quod & Romani quandoque lege Petronia, & Saxia sanxere, & Athenienses peregrinos semotos à ciuibus habitare iubebāt, secundò, id expedit, quia populi nouis exactionibus nō grauantur, sed in impositis à patre continuatur; tertiò, quia sic vita Principis viuentis est tutior, cum insidijs non pateat, vt quādo nescitur quis ex extraneis ei sit successurus; & etiam quia mortuo Principe electiuo, Respublica vexatur, & ex mutatione Principum alterius generis, facilè regna intereunt, & transeunt in aliud nomen, & ditionem; Sic Arbaces transtulit Monarchiam ex Assirijs in Medos, quia ipse tunc erat præfectus Medorū: vt dicit Iustinus in 1. & Cirus subacta Asia, & vniuerso Oriente, à Medis ad Persas, quorum Rex erat, Monarchię nomen transtulit, vt ibi dicit Iustin. & Herod. lib. 1. & Alexāder à Persis dominatum in Macedones transtulit, vt dicit Iustin. lib. 11. & 12. & Romani regna subacta proinde, sæpè nomine proprio priuarunt, & in prouincias, sub Romano nomine, cōuerterunt; ex mutatione etiam Regum ærarium minuitur, & iura Regni, dum sui omnia euertunt videntes Regem morti proximum, nec eos successuros.

Quòd si Regi decedenti plures filij extent, solus primogenitus in Regno succedit, nisi mos contrarius receptus, vel lex Regni aliud exposcat, cum eiusdem rei duo in solidum domini esse non possint. l. si vt certo. §. si duobus. ff. commod. idq; ex consuetudine omnium ferè gentium seruatur, vt vnus tantum sit Rex, & is primogenitus. arg. c. in apibus 7. q. 1. c. 1. § præterea. de prohibita feudi alienat. per Fred. Sic tamen, ut

3 In Principatu quis ex pluribꝰ filijs, vel nepotibus succedat.



alijs filijs, integrè seruato Principatu, de pensionibus, vel alia re, ne egeant, prouideatur. Abb. in c. licet. de voto. Card. consi. 137. Anch. cons. 239. Sic Lacedæmones Cleomænem Regis filium etiam non compotem mentis alijs filijs prætulere, vt refert Herod. in 5. & videtur id etiam insinuari. Deut. 21. & Gen. 49. quod & Parthi seruarunt, vt primogenitus regnaret, vt dicit Iustinus lib. 41. & Macedones. Diod. Sicul. lib. 16. Liuius lib. 40. & Abraham Isaac primogenito cuncta quæ habebat præcipua dedit, alijs munera tantum. Gen. 49. & apud Lacedæmones maior natu imperabat: vt dicit Plut. in Agesilao. Sic Cirus moriturus regnum Cambysi primogenito dedit: vt dicit Xenophon. lib. 8. Pædiæ Ciri. Et si duo gemini nati sunt, prior editus in lucem, succedit. Genes. 25. & si id dubitetur, prior masculus præsumitur genitus, quàm fœmina. l. si fuerit legatum. § fin. de rebus dub. licet vix fieri possit, vt vnus prius alio non natus sit, cum natura nō patiatur duos simul edi vno impetu. l. arethusa. ff. de stat. hom. quòd si ex secto matris vtero nati sint, sorti res est committenda, vel erit locus gratificationi si pares sint meritis, vt dicit Io. And. in addit. ad Spec. lib. 4. par. 3. c. de feudis. l. si quis seruū. §. si inter. ff. de leg. 2. aliàs est dandum in dubio honestiori, & prudentiori. c. fin. dist. 97. aliàs si primogenitus postponitur, multa mala oriuntur, vt narrat Ioseph. lib. 4. de bello Iud. c. 4. & 5. ingentes clades ob id secutas. & Pausanias in Atticis, & Iustinus lib. 34.

Si verò filius primogenitus mutus, vel surdus sit, aut aliter inhabilis ad regendum, non ideò primogenitus excluditur, vnde in Pannonia Colomanus gibbosus, luscus, claudus, & balbus prelatus est Alino secundo genito, vt dicit Michael Ritius. Sic Candace regnauit, licet vno oculo orbata, vt & Philippus Rex: vt dicit Volat. lib. 18. & Iustinus. Sic Osias leprosus regno non est priuatus, licet eius filius pro eo regnū admini-

ministrarit.4.Reg.15.2.Paralip.c.26. & Tolos.lib.15. c.1. de Republ.dicit, quòd licet Papa possit deponere Imperatorem inhabilem, secus esse de alijs Regibus ob id solum.

Spurij tamen ad successiones regnorum non admittuntur, iuxta probabiliorem sententiam,& vsum: vnde in regno Sueuorum, Noruegiorum, & Gothorum fuere exclusi spurij, vt etiam legitimatis per subsequẽs matrimoniũ plenè non obedierint, vt dicit Olaus Magnus.lib.18.c.6. cum & spurij non possint dici ex stirpe regia legitimi, cum nõ sint nati in matrimonio,vbi est tantum coniunctio legitima. Exo.20.Marci 10. cũ & hi soleant esse sæpè imitatores incontinentiæ paternæ, vnde & à dignitatibus ecclesiasticis, & etiam ciuilibus, nisi vrgeat iusta causa in contrarium, quæ suadeat cum ijs dispensandum, repelluntur. cap.cum in cunctis.c.innotuit.de elect.c.filij.c.pen.de fil.presbyt. l.3.§.spurios.l.spurij.ff.de decurio.& sæpè huiusmodi homines legitimis dominis necem parãt, vt dominentur,vt fecit Phraatates notus Phraatis Parthorum Regis, qui patre interfecto, regnum occupauit, vt dicit Sabell. lib.1. Aenead.7. sic Iugurtha expulso Adherbale,Numidarum regnum occupauit,vt dicit Sallust. in bello Iugurt.

4 *Principatum an obtineat filius natus ante adeptionẽ principatus, vel post.*

Quòd si Rex ante adeptionem regni filium susceperit,& post alium,præponi debet natus ante, cũ non sit spectanda ratio temporis adeptionis dignitatis, sed naturæ,sic natus ex Senatore etiam ante adeptam Senatoriam dignitatem,dicitur Senatoris filius. ita Hotom.lib.2.Il.9.c.29.l.senatoris filius.ff.de senat. sic Darius duos habens filios Artaxersem ei genitum homini priuato, & Cyrum Regi, de regno inter se contendentes,pro priori sententiam tulit,vt dicit Plut.in Artoxerse. & Diod.Sic.lib.14.

5 *In Principatu quis*

Si præterea,Rex defunctus,relinquit ex filio primogenito præmortuo nepotem, & proprium alium filiũ

succedat ā natus ex filio primogenito mortuo, vel alius prius filius.

superstitem, magna est controuersia quis præferatur, & Greg.Tolos.lib.7.de Repub.c.10.inclinat in sententiam quòd nepos præferatur, arg.c.1. §.si quis igitur. auth. de hære.ab intest.venien. §.cum filius.Instit.de hære.quæ ab intest.l.ex quibus causis.7.l.si quis prioris. C.de secun. nupt. idq; fuit iudicatum in Anglia, & Lusitania, vt idem refert, licet non desint & exempla in contrarium, ac authoritates, quæ intelliguntur vbi iura regnorum aliud nō disponunt, vt ibi dicit Tolos.qui & cap.11.proponit quæstionem an fœminæ, vt

6 *Principat' an per fœminas obtineri possit.*

proximiores sint capaces Principatus, & inclinat ꝙ sint capaces, si aliud leges regni non disponant, vbi pro vtraque parte pulcherrima argumenta, & exempla adducit, & hæc secunda opinio est magis consona iuri, cum iure communi fœminæ succedant vbique, si ius particulare non repugnet. §.fi.Instit.de hære.quæ ab intest.l.si defunctus. C.de suis, & leg.hæred.l.cum antiquitas.eod.l.illam.C.de collat. an verò politicè id expediat, arbitrarer id pendere ex qualitate subditorum, vbi enim sint fideles, & obedientes, sentirem id nō repugnare, aliàs res nō videretur periculo carere.

7 *In Principatu vt succedatur ex testamēto, vel ab intestato.*

Tertiò, acquiritur quandoq; Principatus iure hæreditario, ex testamēto, vel ab intestato, in quo aduertendum, ꝙ aliqui Principatus, vt & feuda, dicuntur antiqui, in quibus descendentes & collaterales succedunt, alij paterni, in quibus descendentes tantū succedunt, etiam si hæredes aliorum bonorū vltimi possessoris defuncti non sint; alij hæreditarij, in quibus succedunt tantum qui hæreditatem nanciscuntur, vel ex testamento, vel ab intestato; Vnde aliud est succedere in regno iure hæreditario, aliud iure legis proximitatis, vel primogenituræ, quando enim regnum defertur iure hæreditario, & nouum, vel acquisitum est, de quo defunctus potuit disponere, nisi aliqua lex resistat, tūc qui proximiores sunt defuncto, succedūt ab intestato, etiam si plures sint in eodem gradu, nec tunc licet repudiare

pudiare reliquum hæreditatis defuncti, retento Principatu, nec cōtra, cum prò parte non liceat adire, pro parte non. l. 1. & 2. ff. de acquir. hęr. Quando verò Principatus antiquus iure regni debetur proximiori, & antiquiori, licet ei recipere Principatum, reiecta hæreditate, nisi ei se obligarit. c. licet. de voto. & tunc Principatus debetur proximiori etiam non hæredi. Ioan. And. in addit. ad Spec. lib. 4. partic. 3. in rubr. de feudis. facit. l. vnica. § sed & si. C. de lat. lib. toll.

Vbi verò Principatus est nouus, vel hæreditarius, vt supra, licet de eo disponere, vel si populus consentiat, vnde Constantinus magnus, tres filios hæredes Imperij, populo consentiente, cui multa acquisierat, reliquit, ut ait Teod. lib. 11. hist. eccl c. fin. Ruffi. lib. 1. hist. eccl. c. 11. Sic Attalus Pergami Rex, filijs carens, populum Romanum testamento suo hæredem instituit, vt dicit Iustin. lib. 36. pariter Augustus, Tiberium hęredem Imperij instituit, & post longam dispu tationem, approbatus fuit, vt dicit Corn Tac. lib. 1. Ann. & Suet. in Tiberio. cap. 24. & in Augusto. c. 101. & Alexander dignissimum hæredem nuncupauit, & orta contentione quis is esset, cum annulum Perdicæ tradidisset, annulo exemptum, is prelatus est alijs, vt dicit Iustin. lib. 12. & alij multi. *8 Principat' an acquira tur per em ptionem.*

Quartò, ex emptione quandoq; acquiritur Principatus, vt fecit Pelops, teste Tucid. in 1. quod intelligit modo tale sit, i. quæsitus, vt de eo libera sit dispositio.

Quintò, sorti quandoq; etiam adeptio principatus est commissa. Sic ante confirmationem regni Israel, sorte diuina, Regnum Israel est delatum, post verò iure successionis. 1. Reg. c. 10. Sic Atius Rex Mæonum genitis Lydo, & Turrheno filijs, sorte iacta, Lydum elegit, vt dicit Lesbius lib. de bello Pelasgico. & Iustin. lib. 1. & Herod. lib. 3. referunt Darium sorte electum, quòd eius equus primus vocem edidisset; idem Iusti. lib. 11. dicit, Gordium electum, quòd decretum esset *9 Principat' sorti an cōmitti possit*

eum

eum eligendum Regem quem primum reuersi in templum Iouis euntem plaustro reperissent, quem regem salutauerunt, & alij multi, quæ tunc probari potest quando paritas meritorum adest, nec constat quis primogenitus sit, quòd duo simul sint nati, vt supra est dictum, vel alij in pari gradu sint, vbi lex primogenitum non exigit, & regnum diuisibile non sit, ijs tamen consentientibus, vel arbitris sic decernentibus ad mala futura vitanda.

10 *Principat' an per contractus deferatur, & quomodo.*

Sextò, quandoq; etiam per contractus principatus defertur, vt M. Antonino cum Faustina vxore est delatum imperium, vt dicit Iulius Capitolinus in eius vita: Sic Alphonsus Rex Lusitaniæ, ducta Beatrice filia Alphonsi Castiliæ Regis, regnum Algarbiorum in dotem accepit, vt d. Vasæus in Chron. Hisp. anni 1260. Sic Tiberius Constantinus Mauritio cum filia in matrimonium ei locata, imperium dedit: vt dicit Ammonius de gestis Franco. lib. 3. cap. 35. & alibi sæpè, modo regnum in fœminas transire possit, & de eo possit disponi, aliàs non, vt supra, & docet Tolos. d. lib. 7. de Repub. cap. 17.

11 *Principat' an bello acquiratur, & quō.*

Septimò, bello legitimo acquiritur etiam principatus, quando scilicet acquisitus erat de iure bellum inferentis, vel erat Christianorum à Turcis possessus, quia tunc ex communi consuetudine, fit occupantis: vt dixi tract. de Bello. sic in bello licet adiuuare iustam partem fouentes, qui si principatus sibi ante debitos consequantur, si dent eorum partem iuuantibus, possunt eā legitimè retinere, vt legitur Romanos fecisse.

Ex eo autem, quod aliqui sint infideles non licet eos spoliare dominio, quod iure gentium possidēt, de qua re latè dixi tract. de Infidel. & tract. de Bello, modo non sint subditi Christianis, per accidens tamen in aliquibus casibus de quib. ibi, possunt bello impugnari.

Hæretici verò bello, Papæ authoritate impugnari possunt, modo quo dixi tract. de Hæresi.

Gent-

Generaliter verò noxiũ est nouo se Principi,omisso veteri,subijcere, vt pluribus probat Greg.Tolos.d.lib. 7. de Repub.c.19. cum nouitates in Republicis semper sint periculosæ. *12 Princeps nouus pro veteri, non est quærendus.*

Hi sunt modi præcipui, legitimè adipiscendi principatus,vt eos omittam qui illegitimè,dolo,vi,vel aliter eos adepti sunt, quorum multa exempla recenset idem excellentissimus Tolosanus in d. eius admirando opere, quod ob miram eruditionem, varietatem, ac copiam rerum, cymbalum mundi non immeritò vocari potest, in eius 7.lib.prædicto.c.13.17.& 18.

SVMMARIVM.

1 Politiarum, seu Principatuum species quæ sint, & quot, & quæ qualibet.
2 Politia quæ inter alias sit potior.
3 Politia vt inter se permutentur, & commutentur.
4 Politia vt corrumpantur, & conseruentur.
5 Politia quæ cuique genti magis accommoda sit.
6 Politia quæ optima sit.
7 Principatus est legitimus, vel Tirannicus.
8 Tirannis quid sit, & ex quibus dignoscatur, & quàm mala.
9 Tirannidis signa quæ.
10 Regiminis iusti signa quæ.
11 Principatus non ambiendi, cum exemplis eorum qui illos renunciarunt.

De diuisione Principatus, aut distinctione Politiarum. Cap. IIII.

1 Politiarũ, seu principatuũ species q̃ sint, & quot, et q̃ qualibet.

LICET Reipublicæ nomen sit vnum, modi tamen administrandi secundùm diuersam rationem, diuersi sunt, vnde omnis politica administratio, vel nutu vnius pendet, & dicitur Regalis, vel Monarchica, vel Paucorũ, & dicitur

ſtatus optimatum,vel Ariſtocratia,vel plurium,& dicitur Reſpublica abſolutè,quando ſcilicet modus adminiſtrandi eſt penès populum, ita vt ad eã tam pauper,quàm diues,nobilis, & plebeius bonus admittatur,cui aduerſari videtur democratia,in qua ſolus populus,excluſis nobilibus,& probis imperat. Ariſtocratia compoſita eſt ex exiguo numero nobilium , & bonorum qui imperant,cui opponitur oligarchia , ſcilicet paucorum potentum dominatus,qui omnia ad ſui potius vtilitatem,quàm publicam,regunt.Monarchia eſt cum vnus tantum ad vtilitatem publicam potius, quàm ſuam imperat;aduertendum enim,quòd principatus politicus, principatui domeſtico reſpondet , in domo verò eſt duplex principatus , dominatiuus, & iconomicus : primò,dominus principatur ſeruis : ſecundò, paterfamilias liberis dominatur, vt vir vxori, & filijs,qui principatus differunt,quòd in primo dominans intendit per ſe vtilitatem propriam, per accidens verò vtilitatem ſubditorum. In ſecundo,èconuerſo dominans per ſe intendit vtilitatem ſubditorum, & per conſequens propriam, quatenus regimen illud cedit etiam in bonum dominantis,ſic in ciuitate, Principes, quandoq; intendunt per ſe vtilitatem ſubditorũ, & propriam per accidẽs,& hic dicitur verus,& iuſtus principatus,& propriè politicus, quandoq; principantes intendunt per ſe propriam vtilitatem, & non ſubditorum, & ſe habent ad eos, vt domini ad ſeruos, & hic eſt iniuſtus principatus,cum ciuitas ſit communitas liberorum, per hunc verò diſpoticum ſit communitas ſeruorũ : vt dicit Ariſt.lib 3.Polit.c.5.& 8.Mor. ad Nicomach.c.10.Vnde ſurgunt aliæ politiæ, vt alia ſit iuſta,alia tirãnica, de quo infra; & ſic Monarchica æquiparatur ſi bona eſt regimini patris erga filios , ſi mala,& ſic tirannis regimini domini erga ſeruos,optimatum ſtatus eſt,vt regimen viri erga vxorem,cui cũ dignitate imperat, ſic optimates ſtatuunt quę populũ

decent,

decent. Hinc ſurgunt aliæ duæ ſpecies politiarum, ſcilicet potentia paucorum, vbi cenſu valentes regunt, quæ eſt peſſima, & eſt ſimilis ſocietati fratrũ qui ſunt æquales, niſi quatenus ætate diſtant, vnde ſi ætatibus valdè diſtant, inter ipſos fraterna amicitia non eſt, & eſt peſſima, quia non ex virtute, ſed ex diuitijs, & potentia æſtimantur, & dicitur oligarchia, alia omnino popularis, vbi non ſoli boni ex populo, ſed indiſcretè omnes ad regimẽ, boni & mali, pauperes, & diuites, plebei & nobiles admittuntur, & eſt mala, & adeſt in ijs regionibus quæ ſine domino ſunt, ibi enim omnes ſunt æquales. Plato. ex Diog. in eius vita, diuidit politias in quinque ſpecies, legitimas & illegitimas; ſcilicet popularem, vbi ad imperium multitudinis res aguntur, & eius nutu magiſtratus eliguntur, & leges feruntur: & optimatum, vbi nec diuites, vel inopes, plebei, vel nobiles dominantur, ſed ij ſoli, qui in ciuitate optimi ſunt; & ſtatum paucorum, quando à cenſibus magiſtratus eligũtur, qui ſunt pauciores pauperibus; & regnum ſecundùm leges; ac tirannidem, vbi vi ciues ab aliquo reguntur.

Poſſunt verò hæ politiç ſimul iungi, cum magiſtratus, populus, & optimates ſunt participes honorũ ſub vna ſuprema poteſtate, quæ eis impartitur prædictam poteſtatem, & hæc etiam eſt bona politia, cum ab vna poteſtate pendeat, nec politiæ confundantur, quod Ariſt. improbat 4. Polit. c. 5. 6. & 7.

Hæc verò diuiſio iuſta eſſe videtur diſtinctio principatuum, ſemotis populari, paucorum, & tirannica: nam politia eſt ordinatio ſupremi principatus in ciuitate, ſi ergo in ciuitate eſt aliquis, qui excedat alios virtute, par eſt eum perpetuo dominari in politia Regali, & bonorum, nam is inter tales debet principari, qui magis accedit ad principatum naturalem, & vniuerſi, vnde cor in animalibus principatur omnibus membris, quia eſt pars nobiliſsima à qua fluit vir-

tus ad oēs alias partes, & in vniuerso vnus est Deus, qui in eo dominatur, sed qui excedit alios uirtute, & se habet ad eos, ut cor in animali, & Deus in mundo, ob uirtutis præstantiam, hunc conuenit perpetuò, & cum plenissima potestate in ciuitate dominari, & dicitur Regnum; Aut plures dominantur, pauci tamen electi inter alios, ut uirtute præditi, & cæteris meliores, subditorum utilitati intendentes, & dicitur dominium, uel regimen optimatum, uel quia optimi præsunt, vel quia ordinatur ad optimum bonum, & commune omnium ciuium; Aut multitudo dominatur, in qua sunt multi, & maior pars boni ex bona educatione, & inclinatione ad uirtutem, qui administrant, intendens bonum commune, & dicitur communi nomine Respublica apud Aristot. lib. 3. Polit si intendat ea quæ opus sunt ad sufficientiam uitæ, ad bene uiuendum, & fœliciter operandum secundùm uirtutem.

2 *Politia q̄ inter alias sit potior.* Ex his principatibus, Regalis omnibus præstat, si iustè, & rectè administretur, ut in homine unum cor, in apibus unus rex, & in uniuerso unus Deus, ut probat Arist. 8. Polit. c. 10. & Plato in Ciuili, uel de Republica, & Isocrates ad Nicoclem. cum si plures sint facilè moribus, & uoluntate diffideant; & difficilè sit populum æquè omnibus placere, & satisfacere, unde factiones oriuntur ob diuersa imperantium, & obedientium studia, quod & Plut. lib. de Monarchia comprobat. & in sacris literis vnus tantum Rex legitur constitutus. Deut. 17. 1. Reg. 8. & pluribus probat Tolos. lib. 5. de Republ. c. 3. & 4. & Bellarm lib. 1. de Rom. Pont. modo is talis sit, vt inter apum examina, corpore, & animo alijs præstantior: vt dicit Plato loco cit. vt contra nil est pernitiosius, q̄ regi per vnū tantum si malè administret, vt pluribus probat D. Th. lib. 1. de regim. Princ. c. 2. & 3. & Arist. 3. Polit. & Patritius Senensis. lib. 1. de Republ. Instit. c. 1. subdens ibi. tit. 5. optimam illam esse Rempublicam, in qua leges iustæ dominantur,

tur,sic tamen vt Princeps iustus pro temporũ, & contingentium rerũ qualitate, in aliquo eas alterare possit,vel interpretari,vel,melius,vbi leges deficiunt,pro sua prouidentia prouidere.3.Polit.cap.11. & 12. cum melius sit bonis legibus,quàm bono Principe regi.

Permutantur verò sæpenumero hæ politiæ, & mutationes patiuntur,vel conseruãtur, iuxta animorum formam qui regunt,& eorum mores;si enim ibi sit alicuius ingenium vitiorum expers, nemini nocens,omnibus opem ferens, & alijs pollens quæ ad virũ pertinent bonum,ibi constituitur regia politia,& voluntas ad bonum publicum bona; & si plures tales sint,& omnium voluntas ad publicum bonum sit, ibi optimatum politia consurgit,ex quibus si aliquis sit singularis probitate, singulariter honoratur,cui tamen non tantum tribuitur vt absque senatu,idest probatorum omnium numero possit publica permutare, & hanc perfectam dicit Plato.lib.8.de Republ.esse Rempublicã, in qua boni, vel vnus cum bonorum sententia ad vtilitatem publicam omnem solicitudinem dirigit. *3 Politia vt inter se permutentur, & commutentur.*

Ex hac perfecta dicit Plato formari alias Respublicas non ita bonas, quatenus ab ea declinant,quas ad quatuor reducit. Vbi enim animi priuatorum ambitione detenti, vtilitatem Reipublicæ in sui gloriam transferunt,formatur ambitiosa potentia,& principatus,qui licet multa bona contineat, tamẽ ex hoc vitio multa mala oriuntur, nam ambitiosus non patitur socios in administratione,non admittit sapientes ad regimen,semper pugnat,& vicinos armis lacessit:secunda,dicitur paucorum priuatorum administratio,quorum Respublica talis erit ,vt eorum animus, si enim auaritiæ sint dediti,subditos vexãt, benemeritos prætereunt, si libidini, in immeritos profundunt, quæ Reipublicæ pernitiem afferunt. Sic Darius Rex quia omnia quæstui habebat,dictus est institor,vt dicit Herodot.lib.3.Tertia species,vbi magistratus à censu æstimantur,

mantur, & diuites tantum, exclusis pauperibus, admi-nistrant, quæ pessima est, quia dat occasionem omnibus cumulandi diuitias, & breui ex vna fiunt duę Respublicæ, vna diuitum, alia pauperum, qui sibi semper inuicem insidiātur, & diuites tenuiorum facultatibus inhiant, vsuris premunt, cogunt vendere, ex quo reddunt eos mendicos, fures, latrones, & demum coniuratores, & Rempublicam occupātes, vnde alia surgit species politiæ, quæ dicitur potencia popularis, dum enim plebs videt solos diuites ad honores vocari, à se pecunias extorqueri, illos delitiosè viuere, & inde ignauos factos, libidinosos, laboribus ineptos, audacter in eos insurgit, & Rempublicam occupat, & hæc politia initio dulcis videtur, cum nulli cogantur magistratibus fungi, nulli bellum geratur, impunitè peccetur; ex qua libertate, modestia iacet, temperantia, ordo, & aliæ virtutes pelluntur; sed consurgit petulantia, impudentia, prodigalitas, contemptus, perturbatio, & omnium vitiorum caterua, petulantiam, ingenuitatem, licentiam, libertatem, prodigalitatem, magnificentiam, impudentiam, fortitudinem vocantes, nullam rationem honesti, vel boni habentes, & obedientia erga Principes, Magistratus, parentes, & magistros procul amotis.

Ex hoc statu surgit tirannis, cū enim otiosè viuant, surgit pituita, quæ totum corpus conturbat, sunt enim in multitudine aliqui alijs diligentiores, diuites, pecuniosi, qui ad se ideò donis trahunt prodigos, otiosos, audaces, & temerarios, quorum ope quis primum constituitur iudex, qui si bene iudicet, nō omnibus satisfacit, vnde quærit gerere morē populo, vel diuitibus, vel sanguinem fundentibus, & cū timeat ne interficiatur, petit à plebe milites stipatores, vt saluus sit, quæ illi obsequitur, is verò factus militibus securior, incipit potentes pellere, & occidere; omnes initio salutat, recusat nomē Principis, multa pollicetur publicè, & pri-

uatim,

uatim, ære alieno liberat, agros populo distribuit, & familiaribus suis, & se mansuetum simulat; qui bella noua excitat, externis hostibus iam sibi cōciliatis, vel extinctis, vt populus duce egeat, & efficit, vt ciues pecunias conferentes pauperes fiant, & in operibus occupat, ne insidias instruant, & sibi contrarios hostibus obijcit, milites mercede conducit, pecunias, exactionibus grauibus colligens, & sic demum tirannus fit: vt ibi dicit Plato. ad quæ vitanda, oportet, vt Respublica non permittat quicquam contra leges, & patrios mores fieri, & attendat initia administrationum cuiusq;, ne inde aliquod malum Reipublicæ impendat, vt dicit idem Plato lib. Ciuili, vel de Regno.

Et ita tres sunt politię, vnius, scilicet Regalis, & cōtraria tirannidis, paucorum regimen, isq; optimatum status, & contraria paucorum potentia: tertia, dominatio multitudinis, quarum vna seruat leges, & ex bonis constat, & dicitur Respublica, alia contra, & dicitur status popularis.

Corrumpitur etiam Monarchia, pręter supra dicta, quando Princeps leges non seruat, & infert contumeliam subditis, in honore, vel corpore, si timeatur à subditis, vnde Artaphenes conatus est amouere Xersem à Monarchia, quia timebat eum ob crimen cōmissum contra Darium; Contemptus etiam corrumpit eam quando regnans nil facit dignum Principe, vt quia ebrietati, & voluptatibus se dedat, & ex alijs causis quæ infra, vbi de seditionibus agetur, explicabuntur. *Politia vt corrumpā tur, & con seruentur.*

Corrumpitur etiam status optimatum, quando in ciuitate sunt multi versuti, qui exterius videntur virtuosi, & ideò non potest impediri, quòd non administrent, qui ex caliditate inueniunt vias quibus turbēt statum optimatum, & ipsi ad id perueniant: Secundò, quando in ciuitate sunt magni, & virtute præditi, qui vilipenduntur, tales enim excitant seditiones: Tertiò, quando alij sunt nimis egeni, alij nimis abundant, pau-

peres enim excitant seditiones, vt rapiant de bonis diuitum, vt contigit in Lacedæmonia. Quartò, quando aliquis est magnus, & potens, & appetit solus dominari, per seditionem dominium tentat; Respublica verò corrumpitur modis supra dictis, maximè si iustitia ibi non administretur, vel si diuites grauantur, & plus tribuitur pauperibus, quàm diuitibus, quia insurgunt diuites, & mutant Rempublicam in statum paucorũ, & èconuerso status paucorum conuertitur in Rempublicam, si inopes grauentur, qui insurgunt, & mutant statum paucorum in Rempublicam, similiter corrumpitur status paucorum, si oritur dissensio inter pauperes populares, & diuites principantes, si enim diuites imponunt onera grauia, surgit multitudo, & pellit diuites, & fit status popularis. Secundò, si diuites inter se dissentiunt, vel quia aliqui tantum principent, & alij exclusi sint, vel ob asperam dominationem, & quandoque ob nuptias; sic enim destruitur eorum politia. Tertiò, si otio, & luxuriæ se dedunt, ob quod sua consumunt, sic enim quærunt Rempublicam administrare, & eam turbare.

Conseruantur verò politiæ, si non fiat transgressio etiam minima alicuius statuti, quia aliter id multiplicatur, & demum tota politia destruitur. Secundò, cauendum ab adulatoribus se coniungentibus multitudini, quia dicunt quæ placent vulgo ob proprium cómodum, non commune. Tertiò, si magistratus breuis temporis ordinentur, vbi plures dominantur, quia sic cauetur inuidia, cũ omnes honores participent. Quartò, si auferantur contentiones, quæ sunt inter nobiles, & ignobiles de dignitate, & ortæ sedentur. Quintò, vt quis non permittatur crescere in dignitate supra proportionem, & virtutem suam, & in distributione honorum seruetur quod à lege est statutum. Sextò, vt constituantur magistratus, qui speculentur ne ciues excedant in victu, & vestitu, & sciant vnde viuant, & attendant

dant ne ciues simul cōtendant, & vna pars contra aliā non insurgat. Septimò, ne principatus sit lucratiuus, nec vendatur. Octauò, ne diuites damnificent pauperes in politia populari, nec alia. Nonò, quòd in politia paucorum curam habeant pauperum, & ideò officia quibus salarium constituitur, pauperibus ciuibus tribuant, & bona, ac officia tribuantur his qui minus de Reipublicæ honoribus participant, vbi sunt distribuēda. Decimò, quòd ad magistratus eligantur ij qui id ament, aliàs de eo non curabunt. Vndecimò, vt habeant authoritatem, & potentiam sufficientē ad ea operanda quæ magistratus requirit, & vt habeant virtutē, & iustitiam. Duodecimò, in popularium statu non est auferendus magistratus de manu diuitum, vt alijs detur, nisi causa subsit; vt in politia paucorum nō debent esse populo aduersi, sed patres. Decimotertiò, quòd ciues erudiantur in obseruantia legum.

In particulari verò conseruatur politia Regalis, si non permittantur regni Principes seditiones inter se, vel Principem excitare: secundò, si Rex iustè viuat, & secundùm leges ad publicum bonum: tertiò, si non velit omnia per seipsum gerere, sed partem suæ potestatis alijs impartiatur, vt senatui, quia sic minus apparet superbia, & modestia, omnibus grata, consurgit.

Status verò optimatum seruatur, si de populo sumatur tanta multitudo bonorum, quæ simul cum gubernantibus Rempublicam potentior sit diuitijs, & alijs rebus internis, & externis, quàm multitudo non participans, leges obseruando, & iustè viuendo, ac regendo: præponendo in particulari magistratus causis criminalibus, & ciuilibus, foro, & rebus venalibus, iuri ædificiorum, alios redditibus publicis, alios qui apponant signum contractibus, & iudicijs, alios qui exequantur sententias damnatorum morti, & reos custodiant, alios qui rebus bellicis præsint, fide præstantes, alios prudentia, & fide conspicuos, qui præsint ciuita-

ti, bellicas expeditiones, mœniorum custodiã, descriptionem ciuium. & bonorum publicorum, & priuatorum, qui plures sint, alios qui rebus cõmunibus præsint, & requirant rationes de receptis, & delinquentes corrigant, alium super omnes, qui dominium habeat super omnes, à quo omnes recipiant authoritatem, & rationem, & modum agendi, ad quem finaliter omnes operationes ciuitatis referantur, cum magna potestate coactiua; alium qui diuino cultui intendat, vt templa construantur, & conseruentur, & prælatis in his opem ferat quæ ad diuinum pertinent cultum.

Status demum popularis conseruatur, & rectus fit, si studeatur non placere multitudini tantum, sed magis eius saluti. Secundò, si bona damnatorum sacra fiant, & in publicum non redigantur, quia sic populus minus cupidè damnabit, cũ nil ex damnatione sit percepturus, & omnes ab iniurijs desinent, cum æqualis sit omnibus pœna. Tertiò, vt raræ sint publicæ accusationes, magna constituta pœna in eos qui falsò accusant. Quartò, vt magistratus duplices sint, alij per sortem, alij per electionem constituti, cum enim popularis status respiciat libertatẽ, in hoc optatis potiuntur, dum per vices imperãt, & parent, sic tamen vt sorti nõ committantur magistratus, nisi qui non egent peritia, vel arte, vt & à nullo censu debet magistratus fieri, vel pendere, vel saltem à minimo, & vt magistratus à nullo, nisi semel administrẽtur, nisi rarò, & per annos paucos, exceptis his qui in bello versantur, vt ẽt concedi ijs debet, vt possint interesse præcipuis consilijs, & de Republica statuere, & vt lucra, & honores participẽt, vt dicit Arist. 6. Polit c. 5. cauendum etiam in hac politia ne diuites insurgant in populum, & ne idem sit dux belli, & exercitus, ac populi simul, sed diuersi, ac cauendum à perfidia ducum, & consulum populi.

Hæ sunt generales diuisiones politiarnm, & causæ earum mutationis, corruptionis, & cõseruationis, qui

hæc

hæc latius videre cupit, videat Arist.lib.5. & 6.Polit. & ibi Chrif.Iauellum.& Vitum Gozium. Plat.lib.de Republica, maximè 8. & de Legibus, ac lib. Ciuili, vel de regno. D.Th.lib 4.de regim.Princ. Franciscum Patritium in eius libris de Institutione Reipublicæ, & alios præstantes viros, qui de his excellentissimè egere.

Aduertendum tamen, quòd idem principatus omnibus nationibus non equè conuenit, vbi enim populi barbariem quandam redolent. & animo sunt deiecto, ibi status Regalis maximè conuenit, cum ei omnes facilè obediant, vt Asiatici, & Persæ se habent: vbi verò populi ingenio pollent, optimatum status ibi maximè conuenit, cũ omnes in administrationis regimine participare cupiant, vt in Græcia, & Italia contingit; vbi demum populi sunt turbulenti, status popularis, vel Respublica eisdem magis aptatur, modo tamen ad verum, & rectum administrationis statum reducatur: vt inquit Clarissimus Paruta eius politicæ lib.3. Vel vt dicit Arist.lib.4.de Repub.ad fi. in ciuitate in qua superat pauperum multitudo, ibi competit status popularis, vbi verò magis abundant diuitiæ, & nobilitas, quàm multitudo proportionaliter, ibi competit status paucorum, iuxta diuersas species status paucorum, & popularis, quas ibi Arist. ponit. 5 *Politia qua cuiq; genti magis accommoda sit.*

Maximè verò probatur politia, quæ ex Regali, Populari, & Optimatum sit mixta, & nulla est quæ mixtionem illarum aliquam non habeat, licet nominetur ab eo quod prædominatur; vt in Dynastia Aegyptiorum, & Hetruriæ plures erant Reguli, qui vno summo subijciebantur, qui erat Princeps dum viueret, alij singulis annis mutabantur, vt dicit M.Cato in fragmentis, de originib. Sic Licurgus Regibus potestatem dedit bellorum, magistratibus, iudicia, senatui legum custodiam, populo potestatem creandi magistratus: vt dicit Iustin.in 3.apud Germanos habebant suos Reges, 6 *Politia quæ optima sit.*

sed conueniebant in vnum consilium, vt turbæ placebat, & ibi Principes eligebantur qui iura dicerent: vt dicit Corn. Tac. de morib. Germ. in Gallia penès regē omnium rerum summa, sed cum consilio virorum electorum, & legibus, quod & in Hispania seruatur, & Venetijs vbi Dux Principis locum tenet, consilium Rogatorum optimatum, & magnum consilium, quod eligit magistratus, populi.

7 *Principat⁹ est legitimus, vel tirannicus.* Diuiditur vlterius temporalis principatus alia sui diuisione in legitimum, & tirannicum: legitimus est qui ad aliquem, vel populi electione, vel legitima successione deuenit: tirannicus, qui violenter, vel malis artibus, & iniustè adeptus est, vel vbi Respublica à nobilitate regitur, quando populus surgit contra nobilitatem, & sibi duces constituit, hi enim tiranni dicuntur apud Philosophum 5. Polit. c. 10. & Bart. tract. de tiranno. Arist. 3. Polit c. 10. & in hoc sensu accipit Caiet. 2. 2. q. 64. art. 4 Dom. Sot. de iustit & iure. lib. 5. q. 1. art. 3. dicentes, & talem posse licitè occidi cum sit hostis populi, & oppressor libertatis, & illegitimus possessor, & hoc pacto fauore populi tirannus est effectus Panætius in Leontinis, Cypselus Corinthi, Pisistratus Athenis, & Dionisius Siracusis: vt ibi dicit Arist. Violenter verò, & fraude, Othon Imperator, qui occiso Galba, Imperium, pecunia, & scelere est consecutus, vt inquit Xiphil. ex Dione in Othone, & Didius Iulianus, vt idem dicit ex Dione in Didio Iuliano, & Gygis hoc pacto imperio Lydiorum potitus est, vt inquit Herodot. lib. 1 Darius quoque dolo Persarum imperium obtinuit, & demum ipse miserè est obtruncatus: vt inquit Iustin. li. 2. quæ omnia fuere magna latrocinia, vt & furtum, paruum est regnum, vt inquit Aug. lib. 4. ciuit. Dei. c. 4. & refert Cic. lib. 3. de Repub. teste Nonio Marcello quoque, qui & omnes miserè interiere, regnum enim malis artibus comparatum, & vi retentum, non potest perdurare, vt inquit Demosth. Olynth.

lynth.2 & Iuuenalis Satira 10.& Iulius Cæsar ab amicis est occisus,vt dicit Suet.in Iulio.c.82. quod & Domitiano,& Pertinaci euenit,vt dicit Herodia.lib.2. & vetus est adagium, tirannos non senescere,qui & semper cum timore viuunt.

Rursus legitimus principatus diuiditur,in iustè rectum,& iniustè,vel tirannicè, vt dicit Sen.lib.1.de clemen. c.11.& 12. Arist.3. Polit.c.10. Plato lib.Ciuili, vel de regno.Iustè rectum,est cum liberorum multitudo à regente ad bonum commune multitudinis ordinatur, si verò regimen nō ad bonum commune multitudinis,sed bonum proprium ipsius regentis ordinetur,regimen est iniustum,& peruersum,vt enim pastores bonum gregis,sic rectores bonū multitudinis quęrere debent,& si talis oppressio fit per vnum, tirannis dicitur, & tirannus vocatur, si verò per plures, si per paucos,oligarchia dicitur, idest principatus paucorū, qui per diuitias opprimunt plebem,& sola pluralitate à tiranno differunt, si verò huiusmodi regimen iniustum per plures exerceatur,democratia vocatur,scilicet potentatus populi, quando scilicet plebei per potentiam multitudinis opprimunt diuites.Si verò vnus iustè regit ob bonū multitudinis, Rex vocatur: vt inquit D.Tho.d.c.1. 8 *Tirannis quid sit,& ex qbus dignoscatur, & q̄ mala.*

Signa verò tirannici regiminis, & intentionis tirānicè regere,plura sunt. Primò,si is ciuibus adimat arma,sine causa, timens ob iniurias eis illatas, ne ab illis offendatur, & indebitè vtitur peregrinorum opera: vt inquit Philosoph.5.Polit. Secundò,cum nobiles, & potentes exilio tradit, nisi tramite iustitiæ id agit. cum tiranno opus sit, vt semper bellum gerat,vt inquit Plato.de Republ.lib.8. Tertium signum est cum ditiores,& potentiores in illa prouincia existentes neci tradit, ne contra eum insurgant. Quartum,si sapientes interimat,ne ob prudentiam artem discant ab illo se tuendi. Quintū si prohibet conuiuia,& hominum cōgregationes,& scholas,ne simul 9 *Tirannidis signa quæ.*

consulant,qua ratione ab eo se defendant. Sextum, si fouet discordias inter ciues, vel curat eos ad inopiam reducere,vel laboribus grauibus eos implicatos detinet,vel cogendo eos persoluere impensas ad onera publica spectantes,ex proprijs pecunijs,& non ex publico ærario,vbi Princeps id potest; vel eos grauando iniustis,& grauibus exactionibus, vel eos in bellis intestinis nutriēdo,sic enim ad egestatem facilè reducuntur. Septimum,si amicis non fidit,cum tirannica natura,libertatem, & veram amicitiam nunquam gustet, vt inquit Plato.lib. 9. de Republ. & Arist. ait 1. Polit. Tirannorum esse nullam amicis fidem habere. Octauum, si studet,vt mulieres viris sint superiores, vt sic eorum arcana sibi reuelentur. Nonum,si absque causa familiares sibi extraneos adhibet, & non proprios ciues, vt enim regis proprium est vitam suam ciuium custodiæ demandare, sic tiranni eos vitare, cum ob iniurias eis illatas vereatur ne illi vitam præripiant. Hæc & huiusmodi inditia sunt tirannicæ gubernationis,quæ recenset Philosophus 5.Polit.c.10.& 11. non vt quis id sequatur, sed vt Reges caueant ne prædicta incurrant,ne infamem tirannorum notam sibi vendicent, & per consequens regni amissionem, quod per contumeliam,vel cōtemptum subditorum,& iniurias illis factas,ac rerum ablationem sæpè contingit,vt inquit Arist.d.c.10,vbi ad hoc multa exempla adducit;

10 *Regiminis iusti signa quæ.* Signa verò regiminis iusti sunt, vbi Rector non proprium commodum,sed multitudinis spectat,& custos vult esse,vt qui diuitias habent nil iniustum patiātur, nec populus contumelijs afficiatur, & eius obiectum est id quod est honestum, tiranni verò quod ei placet, vt inquit Philosophus d.c.10. præterea finis regis est vnitas consociatæ multitudinis,quod per pacem fit,& vt eam in pace seruet, vt inquit D.Tho.d.lib.1. cap.2. quærendo ex regimine non gloriam,& laudem humanam,is enim non est debitus finis,cū non sit sufficiens

præ-

præmium virtutis,cũ nil gloria sit fragilius,& leuius; præterea id non expedit saluti ciuiũ quam regit Rex, cum sæpè pro eorum salutę, propria gloria, & existimatio sit contemnenda,aliter periculo eos exponeret, Vnde Torquatus filium alioqui victorem occidit, q contra eius mandatum cum periculo multitudinis ob gloriam dimicasset;& gloria nimis exile esset præmiũ pro tot laboribus,quos subire regem oportet; sed ideò ad regendum moueri debet, vt à Deo laborum præmium,& charitatis,ac solicitudinis erga multitudinis bonum exhibitæ, expectet, vt inquit D.Tho.lib.1.de regim. Princ.c.7. cum nil aliud quærere debeat Princeps, quàm beatam subditorum vitã, ob quam simul conueniunt homines, vnde mos erat apud Persas, vt mane surgenti Regi è lecto,nunciaret quidam,vt euigilaret ad curandum populum, quem Deus illi commiserat; & Reges eorum peragrabant omnes prouincias,vt viderent quid opem regiam desideraret, vt inquit Plato in Minoe fecisse etiam Minoem Cretensiũ Regem; vt iustitia coleretur, & egentibus subueniretur, atque oppressis, & bonum Regis munus executioni daretur; id etiam aduertendum,vt supra, dominiorum qualitates euerti,& ex euentibus diuersas recipere species,si enim Rex tirannicè regat,facilè à virtute præditis ciuibus regno pellitur, qui non valentes seruitutem pati, populi se caput constituunt, & optimatum Rempublicam introducunt, qui si temporis progressu à virtute deficiunt, populũ contra se accendunt,qui, erepta ab eis potestate, illam exercet prius modestè,postmodum tirannicè,vnde via aperitur ciui alicui potenti eam sub vnius dominio reducendi denuo, vt inquit Clarissimus Paruta, loco cit. qui & ibi dicit,Principatum constantem ex statu Regali,Optimatum,& Populari, omnibus esse perfectiorem, quo dicit, Rempublicam Venetam consistere, dum Princeps in ea constitutus Regis vices gerit, consiliũ Ro-

gatorum

gatorum Rempublicam repræsentat,& consilium generale statum popularem, & idem dicit, in Regnis Galliæ,Germaniæ,& Hispaniæ seruari, dum ibi Princeps supremus sine procerum assensu grauia nō decernit;quę tamen non vacant difficultatibus,cum Venetijs populus ab omnibus publicis ferè muneribus excludatur,quod non conuenit statui populari,& in Gallia, & Hispania Reges omnia per seipsos expedire valent, licet vt Principes sapientes, ex legum condicto, procerum consilio vtā-ur, vt & ab ijs approbata promptius executioni mandentur, Imperium tamen Venetum, vt optimè constitutum, aliquam eius mixtionis participationem habet, cum & populus aliqua officia participet; Verum est tamen ea imperia aliqua ratione mistam quandam administrationem præseferre. Inter omnia verò Imperia, debilia quæ suæ tuitioni satis non sunt,facilè patent interitui,vt & potentia,cū inuidijs, & per consequens oppressionibus obnoxia sint,medio verò modo se habentia durabiliora sint,cū satis sint ad sua tuenda, nec inuidiæ malo pateant, & idem etiam eligibilius est, cum dominij præstantia in eius amplitudine non consistat, sed in recta administratione, vt omnes sentiunt.

11 *Principat⁹ nō ambiendi, cū exēplis eorum, qui illos renunciarūt.*

Ex quibus dignoscere licet, principatum, cum tot solicitudinibus sit subiectum,optandum non esse,cum & natura fluctuans.ac instabile sit, vt dicit Tac.lib.1. Annal.& Sen.ep.92 & Liu.lib.37. ac odijs subiectus: vt dicit idem Sen.in Theb.vel ob principum superbiā, aut impotentiam, vel quia nemo volens alteri imperium cōcedit,vt dicit Sallust.ad Cæsar.& ideò insidijs etiā,vt infra subiectus est, vt dicit Attius, vnde & Reges semper in timore sunt,vt dicit Sallust.in Iugurt. & postquam eum est quis adeptus, vti debet in regendo defensione quæ in militibus consistit, munimentis,custodibus,& virtute: vt dicit Sen.lib.1.de clem. & Tac. lib.1.Ann.de quibus suo loco plenius agetur, qui & si

vicinum Principem potentem habet, pauere debet,& eum beneficijs sibi deuincire; quæ considerantes multi recusarunt Principatũ,vnde Pittachus Mytilleneus illum recusauit,dicẽs, arduum esse Principem esse bonum, quem tamen notauit Solon,dicens,ardua esse & pulchra,vt dicit Diogen.lib.10.sic Audentius electus Imperator,mortuo Antonino primo,recusauit Imperium senectutem excusans, vt dicit Herodia.in 4. Sic Ioannes tertius,Dux Venetiarum, cum morbo laboraret,Petrum Candianũ sibi subrogari petijt, vt dicit Egnat.lib.4.de Venet.Princ.c.1.Fulg.lib.4.c.1.& Pittachus Mytilleneus, vt supra,parta victoria, imperiũ deposuit,vt dicit Valer.lib.6.c.5.quod fecit & Q.Cincinnatus,& Michael Imperator Orientis,vt dicit Cõstantinus Manastes in eius historia; quòd diadema sit magis nobile, quàm fœlix, vt dicit Valer lib.7 c.2.& res magni momenti sit laudabiliter imperiũ administrare,& animis dominari, vt dicit Xenoph.lib.1.Pædiæ Ciri.Stob.ser.47.ob onera principatus, cum Principis sit etiã non solum in generali,sed & in particulari,curam subditorum habere, eos à malis, & iniurijs tuendo,& eorum vitas,ac res ab hostibus internis, & externis conseruando,ac eos via religionis, iustitiæ, & aliarum virtutum ad æternam beatitudinem dirigendi, & assiduò curam adhibere, vt eorum beneuolentiam,abundantia annonæ, & alijs operibus bonis sibi conciliet, ne eius vita, vel imperium ipsorum insidijs pateat,& maximè si nouus sit in dominio, vel populis inquietis dominetur,quod & alij multi fecerunt,& alij ob metum illi cessere,vt Octauius nepos,& adoptiuus Cæsaris: vt dicit Dio.lib.44.& 52 hist.Zonaras in vita Octauij, vt & Carolus tertius post multas victorias;corpore,& mente laborans depositus est ab imperio, vt dicit Oto,lib.6.cap.9.& 10.

SVMMARIVM.

1 *Principes potestatem habent à Deo, etiam si mali sint, & illis est obediendum.*

2 *Principes Christiani possunt condere legem, quæ obliget etiam in conscientia.*

3 *Principes possunt per se, & alios publica iudicia exercere, & sontes gladio de medio tollere.*

4 *Principes Christiani possunt bella gerere, & quibus concurrentibus, quibus non. & quid in eis liceat, vel non.*

5 *Principes possunt exigere tributa, & vectigalia à subditis, & quibus concurrentibus, quibus non.*


6 *Principes solus in particularibus casibus, quæ possit.*

7 *Princeps concessio, vel rescriptum, vt sit interpretandum.*

8 *Princeps quibus priuilegijs gaudeat.*

De potestate Principum. Cap. V.

1 *Principes potestatem habent à Deo.*



VM potestas dominium consequatur, iccirco primum sit dictum. Principes potestatem à Deo habent; probatur, nam Exo. 22. Iudices populi à Deo vocantur Dij, & Ps. 81 quia vt dicit Iosaphat. 2. Paralip. 19. non hominum, sed Dei iudicia exercent, idest loco Dei iudicant: vnde & Moyses Deut. 1. monet Iudices, vt iustè iudicent, quia iudicium Dei est, & Prou. 8. Per me Reges regnant. Matth. 22. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari. Roma. 13. Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, non enim est potestas nisi à Deo. 1. Tim. 1.

Præterea si Principatus non esset bonus, viri sancti non eum gessissent, at legitur Melchisedech, Ioseph, Moysem, Dauid, Ezechiam, & alios viros sanctos Prin

cipes

cipes fuisse politicos, ergo; & Ioan.4. Regulus credidit in Christum, & Act.13. habetur, Proconsulem conuersum à Paulo, nec ob id deposuisse magistratum.

Idem probatur rationibus supra deductis ad probandum Principatum esse à natura, quod verò est à natura, est & à Deo, prout est ens, & proinde bonum, ergo.

Vlterius idem probatur, ratione entis, nam omne ens oportet ad primum ens reducere, vt ad principiũ omnis entis. 2. Metaph. qua ergo ratione ens ex primo ente dependet, eadem & dominium, quod super ens fundatur, & tanto super nobilius ens, quantum & ad dominãdum super homines in natura eisdem præponitur, vt ergo omne ens à primo ente procedit, ꝙ est prima causa, ita & omne dominium à primo dominante, & primo ente. Præterea omnis multitudo ab vno procedit, & per vnum mẽsuratur. 10. Metaph. ergo & multitudo dominantium ab vno dominante originem trahit, qui est Deus; vlterius, sicut se habet virtus ad ens cuius est virtus, cum fluat ab eius essentia. 2. de Cœlo, sic ens creatum se habet ad increatum, qui est Deus, sed omne ens creatum ab increato trahit originem, ergo & virtus creata ab increata, id verò est in dominio, quia non est dominium vbi nõ est potentia, idest virtus, ergo omne dominium erit ab increata virtute, qui est Deus; vnde dicitur Eccles. 1. quòd vnus est Altissimus omnium creator, Omnipotens, Rex potens, metuendus nimis, sedens super Thronum, dominans Deus, & Heb. 1. quod omnia portat verbo virtutis suæ; vnde non est, quòd homo glorietur de dominio, quod habet à Deo: vt habetur Eccles. 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli, sed esto in illis, quasi vnus ex illis.

Idem etiam probatur ratione motus, nam omne ꝙ mouetur, ab aliquo mouetur. 8. Phis. in mouentibus verò & motis non est abire in infinitum, ergo oportet

venire

venire ad aliquod mouens immobile, quod est Deus, inter omnes verò homines, qui plus habent de ratione motus, sunt Principes, ob curã regiminis, ergo ipsum motum non possunt perficere, nisi per influentiam, & virtutem mouentis primi, qui est Deus. Præterea per superiora corpora mouentur inferiora cœlestia, scilicet per octauam sphæram 2. de Cœlo, ergo magis spirituales substantiæ à superiori mouentur, per influentiam eis ab illa inditam, qui Deus est, inter homines verò, Principes magis egent diuina influẽtia in regẽdo, ergo eam à Deo recipiunt. Præterea omnes res à diuina prouidentia ordinantur ad proprium finẽ, ergo quanto res erit nobilior eo magis ad illum ordinabitur, sic est Princeps, ergo; vlterius finis Principis esse debet, vt homines viuant secundùm virtutem. 2. Eth. sed ad hunc finem venire non possumus sine motione diuina, vt nec lucidũ lucescit sine virtute lucis. Is 26. omnia opera nostra operatus es nobis domine. Præterea finis mouet agentem ad agendum, intentum verò Principis esse debet, seipsum, & populum ad æternam supremamque beatitudinem dirigere, quæ in visione Dei consistit, sed ad id sine diuina influentia peruenire non licet, quæ radios diuinæ bonitatis suæ super Regem dirigit, vt rectè regat, & sicut pastor bonus inuigilet super gregem, & super subditos, vt virtuosè viuãt, per quæ demum ad supremam beatitudinem ascendant, ergo D. Tho. lib. 3. c. 1. 2. & 3. de regim. Princ.

Ampliatur, vt etiam in malis Principibus adsit potestas à Deo ipsis data; probatur Sap. 6. à domino data est potestas vobis, & cum essetis ministri Regni illius, non rectè iudicastis. Ierem. 27. Ego dedi, inquit Dominus, omnes terras istas in manu Nabuchodonosor Regis Babilonis. Dan. 2. Tu es Rex Regum, & Deus cœli dedit tibi regnum Rom. 13. 1. Pet. 2 vbi Regibus est obediendum, licet tunc essent tantum infideles.

Idem diffinitur in Conc. Constantiensi. sess. 8. & 15.
vbi

vbi contrarium errorem ecclesia damnat.

Idem probat etiam Aug.lib.5.ciuit.Dei.c.21.

Secũdum dictum. Principes Christiani potestatem habent condendi leges, probatur Prou.8.Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Isa.33.Dominus rex noster, Dominus legifer noster. Præterea ad Regem pertinet iubere, & iubendo dirigere, sed lex est ipsa iussio, & regula, ergo si Christiani possunt esse Principes, possunt & legem condere: & probatur ex August.lib.19.ciuit.Dei.cap.17. Præterea id probatur ex necessitate legum, nam Christiani, ex eo quòd tales sunt remanent ciues, & membra Reipublicæ, ergo egent aliqua regula, qua dirigantur in eorum actionibus, & commertijs, lex naturalis ad id non sufficit, quia tradit tantum præcepta generalia, lex euangelica, tractat de cœlestibus tantum: lex vetus politica cessauit, quia cõueniebat solum populo Iudaico, & in illo statu, licet & nunc non sit illicitum vti aliquibus præceptis iudicialibus illius legis, vt inquit D.Tho.1.2.q.104.art.3.ergo est necessaria aliqua alia regula, scilicet arbitrium iudicis, vel lex ciuilis authoritate Principis constituta, melius verò est regi legibus, quàm solo Principis arbitrio, vt docet Arist.lib.3.Polit.c.11. primò, nam facilius est inuenire vnũ, vel duos bonos sapientes, quàm infinitos, sed si Respublica regi deberet arbitrio Principum, oporteret omnes esse tales, quod reperiri impossibile ferè est, in legibus verò condendis, sat est, quòd vnus, vel plures semel fuerint sapientes, qui leges illas condiderint; præterea, qui leges condunt plures sunt, & diligenter eas examinãt, Princeps est vnus, & sæpè repente iudicare debet ergo; præterea lex libera est à passionibus, nõ irascitur, non ducitur amore, ambitione, & huiusmodi, quæ in vno homine cõtingere possunt, & ex alijs quæ probat Bellar. lib.3.de eccl.milit.c.10. & ego dixi supra tract.de Legib. & probat Patritius lib.1.de Republ.tit.5.

Princeps potest condere leges.

Am-

Ampliatur, vt lex ciuilis obliget in conſcientia, vt & lex diuina, licet ſit minus ſtabilis, quàm diuina, probatur, nã obligatio eſt eſſentia legis, vel eius propria paſſio, cum enim lex dirigere habeat homines in eorũ actionibus, oportet vt eos obliget, vel à Deo, vel à Rege, Epiſcopo, vel patre feratur, nam cum lex ſit regula fidei, & morum, ſicut in naturalibus, vbi receditur à natura eſt monſtrum, & peccatum in natura, & receſſus à regula artis, eſt peccatum in arte, ſic receſſus à lege, quæ eſt regula in moribus, eſt peccatum in morib. Idem probatur Rom. 13. & ex alijs quæ deduxi ſupra tract. de Legib. vbi de lege humana eſt actum, & ex alijs quæ adducit Bellarm. loco cit. cap. 11.

3 *Principes poſſunt iudicia publica exercere*

Tertium dictum. Principes, & eorum delegati, poſſunt publica iudicia exercere, lites dirimendo, & iudicando inter hominem, & hominẽ; probatur, nam ſcriptura ſolet ferè coniungere Regem, & Iudicem. Pſ. 2. & nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Iſa. 33. Dominus rex noſter, Dominus legifer noſter. Ierem. 23. Regnabit Rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra. Præterea ſcriptura iudicia admittit. Deut. 16. 1. Cor. 6.

Ampliatur, vt Principes, & eorum Magiſtratus poſſint gladio tollere maleficos, & turbatores publicæ quietis; probatur Gen. 3. qui effuderit humanum ſanguinem, effundetur ſanguis illius, ſcilicet per ſententiam, vt habet Chaldaica paraphraſis Exodi 21. Qui percuſſerit hominem volẽs occidere, morte moriatur. Matt. 26. qui acceperit gladium, gladio peribit. Ex Patribus Innocentius I. ep. 3 ad Exuperium. c. 3. Ilar. in can. 32. in c. 26. Matth Hieron. in c. 22. Ieremiæ. Aug. lib. 1. de ciuit. Dei. cap. 21.

Ratione probatur, nam ad bonum Principem, qui habet curam boni cõmunis, pertinet impedire, ne partes, quæ ſunt propter totum illud corrumpant, ideò ſi non poteſt omnes partes integras ſeruare, potius debet

bet vnam partem amputare, quàm finere, vt bonum commune pereat, vt Medicus membra, quæ corrupta toti corpori nocere possent, secat. D. Thom. 2.2. q.64.art.2.& 3.

Quartum dictum. Licitum est quandoque Principibus Christianis bella gerere, si legitimè fiant; probatur Iudicum 3. & 1. Reg. 15. Vade, & percute Amalech, & demolire vniuersa eius, & Lucæ 3. Idem probatur exemplis sanctorum, qui bella gessere, Abrahā, Iosue, Moysis, Gedeonis, Sansonis, Dauidis, Iosiæ, & Machabæorum. Matth. 8. Act. 10. & aliorum, qui Deo grati fuere: vt dicit Aug. ep. 1. ad Bonifac. cap. iustum. cap. dominus. 23. q. 1.

4 Principes possunt bella gerere, si legitimè fiat, & q. talia dicantur, & ad ieis liceat, vel non.

Ex Patribus Tert. in apolog. cap. 42. Ambr. serm. 7. Greg. lib. 1. ep. c. 72. & 73. Aug. ep. 5. ad Marcellinum. & ep. 207. lib. 22. contra Faust. c. 74. cum sequen. Bern. serm. ad milites. cap. 3.

Ratione probatur, nam Deus sæpè iusta bella adiuuat, quod non eueniret si essent illicita, quia licet mala possint permitti, non tamen auxilium dari ad ea facienda, sed cū Abraham quatuor Reges debellasset, Melchisedech ait, Iosue 10. Deo protegente hostes esse in manibus suis. & Exo 17. ad preces Moysis, Deus dedit victoriam Hebræis contra Amalech, id etiam probatur Iosue 10. 2. Machab. 10. & Deus ipse præcepit Israelitis, vt Amorræis, & alijs bellum indicerent. Deut. 2. & Eusebius in vita Constantini, & lib. 9. hist. c. 9. ait, Deum in bellis Constantinum miraculosè adiuuisse. & Theod lib. 5. hist. c. 24. Socr. lib. 7 cap. 18. Præterea, vt Princeps potest ciues defendere ab internis hostibus eos necando, sic etiam ab externis bello & armis id poterit, vbi alia via defendi non possunt.

Vt verò bellum sit iustum, requiritur primò, vt moueatur authoritate supremi Principis, apud quem belli & pacis ius extat, vt dicit Aug. lib. 22 contra Faust. c. 74. & 75. cap. quid culpatur, 23. q. 1. l. extat. C. de eo

quod metus cau. aliàs is læſa maieſtate tenetur.l.vnica.C.vt arm.vſus.lib. 11.cum priuatus ius ſuum in iudicio proſequi debeat, & agere iniuriarũ ſi ab aliquo lædatur, ſed ſi vnus Princeps ab alio læditur, non eſt aliquod commune tribunal apud quod conqueri poſſit, ideò bello ſe poteſt tueri, ſi non recognoſcat ſuperiorem in temporalibus, vt Imperator, Rex Galliæ, & Hiſpaniæ, Reſpublica Veneta, & alij qui iura Imperij Romani præſcripſere, vt ei non ſint ſubiecti. Vnde Cato cenſebat exercitum reuocandum, & Cæſarem hoſtibus dedendum, quòd populo inconſulto bellum in Gallia gereret, vt dicit Plut.in Cat. Vtic.cum apud populum belli, & pacis ſummum arbitrium eſſet, vt dicit Liu.lib.4. In magna tamen neceſſitate, ſi Princeps ſupremus ſit abſens, nec ad eũ recurſus haberi poſſit, poteſt & Princeps ſubditus ſupremo in bello iuſto, ſe defendere bello, quàm primum id ſupremo Principi ſignificando.

Ad iuſtitiam quoq; belli requiritur, vt ex iuſta cauſa moueatur, vel ſuſcipiatur.

Iuſtæ verò cauſæ belli ſunt, defenſio proprij imperij, perſonarum, amicorum, ſociorum, & rerum. c.iuſtum. 23.q.2.cap.fortitudo. eod.vbi nulla niſi in armis ſpes ſubeſt, vel ſi id fiat ad recuperandum res iniuſtè ab hoſte detentas. d.c.iuſtum. vel vt authores iniuriæ, vel damni iniuſtè dati ſupplicio afficiantur, vel dedantur, ſi priuato nomine non publico id fecere. c.dominus.23 q.2.Aug.lib.2.ſuper Ioſue.q.10.ſic Dauid bellum geſſit cum Isboſeth filio Saulis, qui nitebatur occupare regnum Iſrael, quod Dominus per Samuelem prophetam Dauid tradiderat. 2.Reg.2. & Romulus contra Albanos, quòd dictator eorum Cluilius nollet res raptas reſtituere, nec raptores tradere Dion.Halicarn.lib.3. Vel ſi iniuria ſit iniquè illata. c.dominus.c. diſpar. 23.q.8. Sic Dauid mouit bellum erga Regem Ammonitarum, ob deriſos ſuos legatos. 2.Reg.10.21. & 22.

& 22. vel si transitus innoxius per alicuius Prouinciã impediatur. c.si.23.q.2. Sic Israelitæ bellum mouerũt Amorrhæis ob transitum quod eis impedierunt in terram promissam. Num.2. vel si Princeps armis prosequatur rebelles, & ab imperio deficientes. c.authoritatem.15.q.6.c.scire vos.23.q.8.l.amissione.§.qui deficiunt.ff.de cap.dimin. vt & Dauid fecit.2.Reg.20. licet id propriè non possit dici bellum, sed executio iurisdictionis. Innoc.in c.olim.1. de restit.spol. & idem agere potest qui iurisdictionem habet etiam si supremus Princeps non sit.l.qui restituere. ff.de rei vendic. licet tutius sit, vt adsit authoritas supremi Principis, vt capta fiant maximè capientium, & pericula euitẽtur, & iura belli locum habeant.Bar.in l.hostes.ff.de capt. Innoc.in d.c.olim.1.de restit.spol.& si Princeps imperio abutatur, Papa poterit eum coercere, & cogere, vt iustitiam administret.c.administratores. 23.q.5.c.nouit.de iud.vt aliàs fecit.c.scelus.2.q.1.c.alius. 15.q.6. c.duo sunt.96.dist. Non licet tamen bellum infidelib. indicere ex eo solum quòd sint infideles, nec authoritate Imperatoris, vel Papæ, cum infidelitas non priuet dominio, quod est de iure gentium.cap.dispar.23.q.8. l.Christianis.C.de pag.cum non fidelibus tantum, sed & infidelibus rerum dominia sint data.Gen.1.vnde & Deus Nabuchodonosor regnum dedit, licet esset infidelis.Couar.in reg.peccatum.2.p.§.9.de reg.iur.in 6. contra hæreticos verò bellum licet indicere. 1.Cor.5. vbi D.Tho.Cast.lib.2.de iust.hæret.pun. & contra infideles si impediãt blasphemijs, & prauis suasionibus euangelij prædicationem.d.c.dispar.D.Tho.2.2.q.10. art.8. vnde Princeps peccat si bellum iniustũ indicit, & milites qui ei inseruiunt, si iniustitia sit manifesta; si verò iustitia belli est dubia, subditi debent parere, & ij qui ordinarium habent stipendium, etiam tempore pacis, conducti vero tenentur examinare iustitiam belli, aliàs peccant.

Et hæ sunt iustæ causæ belli, qui si cupiditate mouentur, id non nocet militibus, qui obedire debent. d. c. quid culpatur. Aug. lib. 22. contra Fau. c. 75 nec talis intentio obligat ad restitutionem, si bellum est iustũ, & licet Christianis etiã sub Principe Pagano bellare, si tamen iustè bellum moueat, quod vix fieri potest. c. Iulianus. 11. q. 3. modo ei subditi sint. Cassiodor. lib. 6. hist. c. 30. Bellum quoq; geri debet impẽsis Principis, si habet redditus Regales sibi à ciuibus assignatos. Angel. in l turres. C. de op. publ. Iaf. in l. diuortio. §. impendia. ff. sol. matr. qui si certos redditus non habet, totius regni impensis est gerendum. Bal. in l. si aliquã. ff. de offic. proconf. ærarium enim debet esse opulentũ in Republica bene cõstituta, tenues res priuatæ; vnde luxu, & desidia facilè ciuitas corrumpitur. Aug. lib. 5. c. 12. de ciuit. Dei. Sic tamen vt oues tondeantur, non deglubentur, vt dixit Tiberius Cæsar, sed si vrgeat maxima necessitas, ad omnes spectat ad expensas concurrere, & feudatarij tenentur dominũ in bello iusto proprijs impensis iuuare Bal. in c. 1. quibus modis feudis amitt & qui sine stipendio militat repetere potest dãnum sibi ex hac causa illatum. Ang. in l. 1. ff. ad legem Rhod. de iactu. secus si accipit stipendium. arg. l. 2. §. si conseruatis. eod. debet tamen Princeps antequam bellum moueat, satisfactionem & pacem requirere, post verò iam motum ex iustitia non tenetur acceptare satisfactionem, nec forte etiam ante, ex charitate tamen tenetur, ob multa mala, quæ in bello committuntur; modo satisfactio sit vera, & non ficta, vel de qua dubitetur, vt dicit Bellarm. lib. 3. de laicis. c. 15.

Partialia verò certamina in bello, si non ob odium priuatum, sed ob bonum publicum iubeantur, cũ consensu ducis, licita sunt. Cagn. in l. fauorabiliores. de regul. iur. vt Dauid fecit. 1. Reg. 17. si id fiat ad hostes terrendos, & milites animandos, vt cum Torquatus cum Gallo dimicauit, quo victo, Galli castra deseruere: vt

dicit

dicit Liu.lib.5. vt & id fortè licet, si summi Principes id agant vtrinq; ad bellum dirimendum, vel alios ad id exponant,pacto inito,vt victi victoribus dedantur, vt fecere Horatij, & Curiatij ter gemini fratres Liu. lib 1. dec.3. & videtur idem probare D.Th.2.2.q.95. art.8.licet temerarium, sit exitum,& summam rerum periculo vnius, vel alterius committere.

Represaliæ verò in bello, vbi piratæ, latrones, vel hostes damna intulere,in eorum incolas licent in bonis non in persona,vbi alia ratione suum quis cõsequi non valet. Aug.q.10.super Iosue. c.dominus.23.q.2. c.1.de iureiur.in 6.vbi Franch.& alij,Salic.in auth.omnino.C.de act.& oblig Pap.in arrest.lib.5.tit.3.nu.2. si bellum iustum sit, & adsit authoritas supremi Principis.d.c.dominus. Ex quibus quoque sequitur,quòd dominium etiam eorum quæ in bello iusto acquiruntur sit capientium.§.item quæ.Instit.de rerũ diuis. & Cic.lib.1.Offic. 1 Reg.30. c.iurisgentium.dist.1.l.ex hoc. ff.de iust. c.ius militare.dist.1.c.dicat.23.q.5.l.si quid bello. ff.de capt. Sic tamen, vt immobilia publicentur, & Princeps quid de his agendum sit decernat. l.si captiuus.§.expulsis. ff.de capt.licet quandoq; militibus ob bene nauatam operã diuisa sint. l.in agris. ff.de acquir.rerũ dom. Dion Halic.lib 2. antiq Rom. si verò mobilia sint,& hæc Principi debebantur. c.dicat.23.q.5. post verò ducum arbitrio cõcessa sunt. l.si quis pro redemptione. C.de donation.Liu.lib.37. qui quandoque ea vel partem in ærarium ferebant: vt dicit Cic.ep.27. Liu.lib.31.34 & 45. quandoque ea vendunt,& militibus diuidunt pro cuiusq; virtute, dignitate, & ordine,vt sæpe est factum,vt dicit Liu.lib.7.9. &45. dando partem etiã eis qui sarcinas custodissent. 1 Reg.30.Num.31. quandoq; duces ante pugnam totam prædam militibus promittunt: vt dicit Liu.lib.5. & hæc quò ad illa quæ in conflictu acquiruntur, si n. res hostiles citra prælium ad milites deueniunt in bel

lo iusto,primi occupantis sunt.l.transfugam.ff.de acquir.rerum dom.l.1.in princ.de acq.rerum poss.Præda tamen militibus concessa, Principi sua portio debetur.c.ius.dist.1. Non licet verò,nisi deuictis hostibus, arce, vel oppido omnino adeptis, castris eorũ captis, ad prædam discurrere, nec tunc nisi signo à duce dato, ne hostis auiditate prædæ, elabatur, vel præliũ restauret, vt Samnitibus contingit: vt dicit Liu.lib.8. & qui in diuisione prædæ fraudem committit, vel eam surripit, lege peculatus tenetur, & quadruplum restituere cogitur.l.pen.ff.ad legem Iul.pec. nec pars prædæ ijs qui in acie fugerunt, vel ignaui fuere, debetur. Bal.in l si quis pro redemptione.C.de donat. & factũ esse dicit Liu.lib.3. expediet tamen iubere, vt milites vendant prædã ne oneri res graues agmini sint: vt dicit Liu.lib.11. Res tamen sacræ non cedunt prædæ hostium,aliter sacrilegium incurritur.l.sacrilegij.ff.ad legem Iul. pec. & idem si res non sacra in sacro sit. cap. quisquis.17.q.4.nisi ab hostibus eo sit delata,sic enim probabile est fieri victoris in bello iusto.l.transfugam. ff.de acquir.rer.dom.Et nedum res,sed & personæ iure gentium fiunt capientis,quæ sic in seruiturẽ adigun tur.l.hostes.cum seq.ff.de capt.c.ius.dist.1.Inter Christianos tamen receptum est,vt capti nõ fiant serui,sed pretio redimantur.Boer.decis.178 Bald.in l.hostes.ff. de capt. nisi Christiani militẽt pro infidelibus,vel eis auxilium præbeant,sic enim serui fiunt.l.3.§.fin. ff.ad legem Iul.de sicar.l.proditores.ff.de re mil.qui tamen Christianis tãtum vendi possunt.l.vnica.C.de Christ. manci. at si bellum sit cum infidelibus, sic capti iustè fiunt serui, & est locus iuri postliminij, vt si liberi fiunt pristina iura recuperent.Couar.in c.peccatum.2. p.§ 11.de reg.iur.in 6.l.nihil interest.ff.de capt.l.post liminium. de capt.nisi iurarint redire ad hostes, vel non abire.l.postliminij.§.fi.ff.de capt nisi de captiuis redimendis impetrassent.Sic transfuga nõ gaudet priuilegio

uilegio postliminij, cum proditor sit. l.postliminium. §.trāsfugæ.ff.de capt.& §.filius. & si filiusfamilias sit. d.§.in seruo tamen trāsfuga dominus habet ius postliminij.d.l.transfuga.ff.de capt. vt & caret postliminio, qui non captus, sed vltro in bello hosti se dedit, turpe enim fuit non vi,sed per deditionem in hostium deuenire potestatem; vnde Romani octo mille qui Annibali se dedere post cladem Cannensem,cum possent redimere, noluere, vt insitum esset Romanis vincere, vel emori:vt dicit Liu.lib.32. stipendium tamen non debetur militi, dum apud hostes fuit.l.1. C.de re milit. lib.12. nisi veteranus is iam esset. l.2. §.is qui. l.non omnes.§.pen.ff.de re milit. si tamen quis à senatu hostibus deditus sit, licet redeat, nō gaudet postliminio. Cic.de orat.lib.1. l.4.de capt. nisi à suis receptus sit. Mulieres etiam in bello capi possunt. l.1.l.fœdissimè. C.de postl.reu.vt de fœminis Darij est factum;& etiā pueri capi possunt.l.lex Cornelia.de vulg.l.quod si filius.ff.de capt. contra quos sæuire sæuū est,vnde præcipitur in Deut.c.10.parci in bello pueris,& mulieribus,qui tamen serui fieri possunt.c.2.de treuga,& pace. vt & parci debet presbyteris,monachis,conuersis, peregrinis, mercatoribus, & rusticis. d.c.2. licet contrario vsu,demptis religiosis, sit huic rei derogatum. Abb. in d.c.2 Sic duobus populis bellantibus,qui ex hostibus nocentes,qui .s. dederūt causam bello, apud vtrunq; populū sunt,capi possunt bello iusto,licet tpe pacis venerint.l.in bello.§.1.de capt. innoxij non,nisi vt supra,& capti arbitrio ducis,vt reliqua præda diuidendi committuntur.Halicar.lib.5.antiq.vt & Reges occidi non debent, sed capi. Cic.ad Heren. lib.4. nisi timor subsit ne bellum restaurent. Ambr.lib.1.offic. c.est iniusta. 23.q.4. captiui verò priuata authoritate occidi nō possunt,nisi in facinore deprehendantur,in quo & liberum occidere liceat.l.2. ff de his qui sui l. vnica.C.de emend.seru.l.marito.ad leg ē Iul.de adult.

sed leuis tantum coerctio eis permissa est. d.l.vnica. aliàs reclamare possunt. d.l.2. & si captiuus conuenit cum domino de pretio redemptionis non potest id alterari. Guid.Pap.q.113.l.postliminiũ. § si is. de capt. & si quis captus redimitur fit seruus redimentis, sed oblato pretio dato, postliminio rediisse creditur.l.in bello.§.si quis.ff.de capt. & datum in causam redemptionis non eget insinuatione, & valet, licet aliàs non valuisset.l.si quis.C.de donat.l.nulli.l.si quis.C de episc. & clericis.

Agri redeunt etiam postliminio, & eorum vsufructus, prioribus dominis. l.si captiuus. §.expulsis.ff de capt.l.si ager.ff quibus modis vsufr.amit. l.in tantum. ff.de rer.diuis. non obstante lapsu temporis. l.contra. C.de inoffic.testam. & idem de imperijs, & regnis, & nauibus onerarijs, vt & equus freni patiẽs.l.2.de capt. Cic.in Topic.& hæc vendi, & legari possunt.l. id quod apud hostes. de leg. 1. vel virtute bellica, vel commertio aliove modo acquirantur, pretium tamen eorum quæ redempta commertio sunt, restitui debet l.4. l.nihil.ff.de capt.l.in bello.§.si quis.eod.l. liber captus.C. de postli.reu. quæ verò postliminio carent, prædæ cedunt. l.si quid bello.l.fin. ff.de capt. Tunc verò præda tantum acquiritur, cum intra castra, vel præsidia delata est.l.postliminij eod. secus si ante ab hostibus sit eis sublata, si tamen eam tenentes fraude passi sunt illam ab hostibus auferri, ad omne damnum tenẽtur. l.Iulianus.§.fi. ff de rei vendic. Capta tamen à piratis, & latronibus, qui iusti hostes non sunt, priori domino sunt restituenda.l.hostes.l.latrones. l.postliminium.§. à piratis.de capt.nisi ob bonum publicum prosequentibus piratas etiam cum damno priuatorum quid concedatur, quod licet.l. Lucius.de euict. Romani verò etiam si cum hoste res esset, quæ sociorum, vel ciuiũ ex præda facta esse cognoscebant, illis sæpè reddebant. Liu.lib.4.& 6. quòd si res surrepta à piratis, in hostiũ

manus

manus deueniant, si sit seruus qui postliminio redit, si recuperetur, domino priori debetur. l. latrones. de capt. sed si aliæ res quæ non redeunt postliminio, cum fiant capientis, ei non debentur, vel saltem cum possessoribus agi non potest, nisi fures soluendo nō sint. arg. l. 4. §. antepen. ff de pecul. Incorporalia verò etiā transeunt in ius prædæ, licet manu capi non possint, vt credita in scripturis contenta. l. si quid bello. ff. de capt: quia cum victi iure belli transeant in victoris potestatem, potest eis adimere non solum corporalia, sed & incorporalia. arg. l. qui in seruitute. de reg. iur. postliminio tamen redeunt ad priores dominos, vt & res sacræ, ac religiosæ. l. in bello. §. codicilli. de capt. l. cum loca. C. de relig dom.

Fides quoque hosti data seruanda est, vel publicè, vel priuatim sit data. Cic lib. 3. Offic. Gell. lib. 7. c. 18. lib. 20. c. 1. non tamen si sit iniustus hostis, vt est prædo. c. peruenit. c. sicut. de iureiur. Cic. loco cit. & modo iniustum contra Deum non sit promissum c. in malis. de reg. iur. Ambr. lib. 1. offi. Cic. d. loco. Sic fides data à priuato in præiudicium Reipublicæ non est seruanda, vel ecclesiæ. l. iurisgentium. ff de pact. c. quamuis. de pact. in 6. vt nec hosti fidem frangenti, etiam si iurata sit & publicè data, est seruanda. c. peruenit. c. sicut. de iureiur. vt si inducias, vel fœdus frangat., modo circa idem factum, non diuersum, fides frangatur. Alex. in l. cum proponas. C. de pact.

Fœdera etiam quæ ineunt bellantes, & eius conditiones de captiuis reddendis, & vrbibus, &c. sunt seruanda. l. in bello. l. si captiuus. ff. de capt. vel si amici inter se amicitiam faciunt ad bellum inferendum, vel defendendum, si iustè ineatur. Romani tamen cum hoste armato fœdus non inibant, nec pacato imperio, nisi omnia reddidisset, & præsidium accepissent, vel fœdere, aut societate astricti essent, ne viderentur metu hostiū imperata facere, quod semper cauere. Halic.

lib. 8.

lib.8. Dux tamen iniussu Principis pacē inire non potest. Cic. in Pis. & pro Corn. Balb. l. 3. §. in bello. de re milit. l. conuentionum. ff. de pact. nec etiam idem inducias sine eo agere potest. Doct. in d l. si longi temporis sint, quæ bello finem imponant, quòd summa imperij est penès Regem, secus de inducijs breuis temporis, vt fecit Scipio Cartaginensibus trium mensiū. Liu. lib. 40. & fœdus, ac induciæ inductæ etiam Principem successorem obligant. c. 1. de probat. Doct. in l. 1. vbi Ias. ff. de constitut. Princ. nisi quid pertinens ad regni coronam sit alienatum, sine populi, vel ordinum consensu, vel maiestas Principis sit minuta, sic enim successor non tenetur. cap. innotuit. de elect.

Insidijs etiam in bello iusto vti licet. cap. dominus. 23. q. 2. l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. vnde Lisander dicebat, vbi leonina pellis deficeret, vulpinam sumendam. Plut. in apopht. modo fides nō violetur. c. noli. 23. q. 1. Romani tñ veteres omnes fraudes aspernati sunt, & tm̃ virtute vincere voluere, & opinione veræ virtutis.

Legati quoque inuiolabiles sunt. l. fi. ff. de legatio. c. iurisgentium. dist. 1. aliter eos iniuria afficiēs, hostibus dedi solet. l. fi. cit. Valer. Max. lib. 6. c. 6. si ij ab hostibus missi sint, non verò si rebelles sint, vel proditores ciues. l. hostes ff. de capt. l. postliminiū. §. transfuga. ff. de capt. qui tñ legati ad rebelles mitti non debent. Cic. Phil. 5. & ij eligi debent prudentia præstātes, & dignitate, vnde cū Cartaginenses iuuenes ad pacē petendā misissent, eos non ex animo loqui dixere Romani, sed tunc cum Annonem, & Hasdrubalem misere. Liu. lib. 30. App. de bello pun. & mulieres etiam quandoq; cū fructu sunt missæ. Liu. lib. 45. Valer. Max. lib. 6. cap. 4. Halicar. lib. 2. quod tamen cum prudētia est agendū. Requiritur demū modus debitus in bello, vt nulli .s. innoxio noceatur, vnde primò nō debet noceri ijs qui non pertinent ad hostes, vt ij per quos fit transitus: secundò in c. innouamus. de treuga, & pace, excipiuntur

pre-

presbyteri, monachi, conuersi, peregrini, mercatores, rustici euntes, & redeuntes, vel dum sunt in agricultura, & animalia, quibus colũt, quibus noceri nõ debet, & quod de mercatoribus dicitur, intelligitur de ijs qui non sunt partes Reipublicæ hostium. Tertiò, excipiuntur pueri, senes, mulieres, qui licet capi possint, non tamen occidi, nisi per accidens cum misti sunt nocentibus, vt cum iacula in illos feruntur, si enim ex intentione occidantur, peccatum est, nisi opem ferãt nocentibus arma illis ferendo, vt dicit Bellar. d. c. 15. Vt & caueri debet ne inter Christianos bellum geratur, cum non desit occasio bellũ infidelibus inferendi, qui nos vndiq; premunt, & inter Christianos vix fieri possit, vt bellum iustè geratur, & minus ex vtraque parte, & impium sit hominum eiusdem ecclesiæ filiorum, & qui eandem æternam expectant hæreditatem, sanguinem fundere, & si qua inter eos adsit controuersia, per arbitros satius sit eam diffiniri. In cæteris, quòd ad belli materiam attinet, ijs me remittens, quæ dixi in summa Theologiæ Moral. cap. de Bello.

Quintum dictum. Licet Princeps non sit dominus bonorum particularium subditorum, nec eorum habeat proprietatem, quia Princeps, vt supra est dictũ, constituitur à Republica in sui caput, at nulla Respublica transfert in Principem dominium, & proprietatem bonorum suorum ciuium, sed solum iurisdictionem, & dominium gubernatiuũ, quo eget quæuis Respublica, ne sit sine capite; præterea, quia Princeps cõstituitur ob vtilitatem ciuium, ergo non debet illis esse in damnum auferendo eis dominium rerum propriarum, quas legitimè obtinent, vt dicit Abb. in c. quę in ecclesiarum. de constit. Per accidens tamen, & quatenus Princeps, sicut habet potestatem corporis ciuiũ, quando id requirit bonum commune communitatis, vt supra est dictum, sic & de eorum bonis ob idem bonum commune disponere potest, modo id fiat ex cau-

5 Princeps quid possit circa bona subditorũ.

sa graui, sine ea enim non potest, vt dicit Abb. loco cit. & Ias. in l. 1. C. quod cuiusque vniu. qui & dicit, quòd quando Princeps ob publicā vtilitatem aufert res priuatorum, tenetur ad pretiū. Idē in l. Barbarius. nu. 36. ff. de offic. præt. quod ego intelligerē, modo subditi nō fuerint in mala fide ædificādo in loco publico; si enim id obsit bono publico, venit demoliendum, materia tamen ædificanti relicta. l. 2. cum seq. ff. ne quid in loco publ. vel si loco publico vicinum sit ad quindecim pedes. l. si cui. C. de ædif. priu. cum ita ædificans sit in mala fide, ideò sibi imputandū, si verò non adfuerit mala fides, procedit dictum Ias. d. nu. 36. cum seq. Vnde cū Princeps constituatur ob commodum ciuitatis, sicut altari seruiens de eodem viuere debet. c. cum secundum. de præb. Sic Princeps inseruiens communitati, ab eadem ali debet in splendore, qui Principi tali conuenit, prouidendo eidem de aulis, agris, viridarijs, & pecunijs, quibus splendorem suum tueri valeat, & benemeritos de Republica donis afficere, cum etiam ad eundem spectet, se, ac Rempublicā ab hostibus internis, & externis tueri, vt supra est dictum, eadem communitas tenetur ei prouidere de ijs quæ necessaria sunt ad alendos milites, qui eius personam, & castra custodiant, & iudices qui causas dirimāt, & alios publicos ministros, & milites etiam qui communitatem ab externis hostibus tueantur. Sed quia communitas Principem constituendo, tanquam grex, ei vt virtute præstanti se subiecit, vt ab ipso regatur, & protegatur, ideò ipse ex potestate à communitate in ipsius constitutione accepta, ex causis legitimis poterit ob prædicta expediēda, subditis tributa, & vectigalia imponere, quibus prædicta onera expediantur, inde tributa dicta à tribuendo, quia contribuere quilibet habet pro eo quod habet in censu ad alendum publicū militem. l. forma. ff. de censib. l. ager. ff. de verb. sign. & tributum soluitur de nascentibus ex terræ fructibus, vel loco eius pecu-

nia,

nia,census ex capite,ad profitendã subiectionem: Vectigal ex mercibus à vehendo dictum,quæ omnia tributa si iusta de causa, & cum debito moderamine imponantur,in foro conscientiæ debentur; probatur Roman. 13. Ideò necessitati subditi estote, non solũ propter iram, sed etiam propter conscientiam, ideò enim & tributa præstatis,ministri enim Dei sunt,reddite ergo omnibus debita,cui tributum tributum, cui vectigal vectigal,sic tamen vt nil expetant in præmium,sed solum ad sustentationẽ status, & necessarios sumptus. D Thom.2.2.q.63.art.7.Sot.lib.3.de iustit.q 6.art.7. cum proprium præmium Principis sit honor,quo contentus esse debet, aliàs tirannus dicitur ab eodem ibi. ex Arist.5.Ethic.cap.6. quod de honore diuino apud Christianos,& cœlesti intelligi debet.

Ad hoc verò vt gabellæ licitæ sint, requiritur primò,vt is qui imponit superiorẽ non agnoscat,vt Rex, Respublica Veneta,& huiusmodi à quibus non datur appellatio, vel habeat authoritatem à Papa,vel Principe,eas imponendi,vt dicit Silu.Gabella.3.n.2. Nau. in Man.c.27.nu.61.Secundò,requiritur iusta causa,vt ad sustentandum Principem, & onera necessaria supportanda, vel ex bello superuenienti, sic tamen vt vbi ex causa noua sunt impositæ, cessante causa debet cessare & earum exactio. Tertiò,vt nouæ gabellæ nõ imponantur sine necessitate,sine eadẽ licentia,si sit Princeps recognoscẽs superiorem, nec à clericis,aliter incurritur excommunicatio Bullæ,vt dicit Nau.cap.17. nu.200.& c.27.nu.67. de quo latè in explicatione dictæ Bullæ infra Tomo IIII. tractatur, quò ad excommunicationem incurrendam , vel non , qui Princeps etiam non debet permittere subditos ab exactoribus indebitè grauari. Quartò,vt gabellæ potius facultatibus,quàm personis imponantur, idest pro rata facultatum,& etiam pro victualibus imponi possint, si alia via non potest prouideri necessitatibus Reipublicæ,&

aliqui etiam ex causa possunt eximi ab earum solutione, de quibus latius habetur supra tract. de Acceptatione Personarum in tributis. Sot. lib. 3. de iustit. & iure. q. 6. art. 7.

6 *Princeps q & quanta possit in casibus particularib.*

Sextum dictum. Princeps solus in particulari multa agere potest. Primò enim potest tollere possessionẽ ciuilem ex causa, & quandoque naturalem. Ias. in l. 1. nu. 48. ff. de acquir. possess. & ratione publicæ vtilitatis potest aliquid remittere. idem Ias. in h. venia. num. 18. C. de in ius voc. & etiam potest tollere exceptiones peremptorias, ex certa scientia, & cum clausula, non obstante. Ias. in l. si quis iniquum. §. si is pro quo. ff. quod quisque iuris & eo magis si id concedit per vim priuilegij ne quis possit vti exceptione contra eum intelligitur de valida, & etiam peremptoria. Ias. ibi. ex potestate tamen ordinaria id non potest. Ias. in l. quotiens. C. de precib. imper. offer. nec præsumitur in dubio id velle facere. Abb. in c. ex parte. 2. de offic. deleg. Secundò, potest ferre sententiam non conformem conclusioni libelli, quò ad ordinẽ iudicij. Ias. in l. 1. nu. 21. ff. de eden. & potest procedere, & causam terminare sola veritate inspecta. Ias. ibi. n. 22. & in l. 1. ff. de consti. Princ. Tertiò, propter pacem faciendã potest remittere iniurias subditorum, & damna. Ias. in l. cõuentionem. n. 8. ff. de pact. Quartò, qui potest dispensare super antecedenti, scilicet super inhabilitatione, super eo dispensando, videtur dispẽsasse super vitio illegitimitatis, quod est consequens. Ias. in l. si is qui pro emptore. nu. 284. ff. de vsucap. Quintò, potest ferre sententiam partibus non citatis. Ias. in l. nec quicquam. nu. 20. ff. de officio procons. iure tamen canonico ex æquitate id non potest etiam Papa. Abb. in c. 1. nu. 4. de causa possess. & propr. ex causa tamen iusta id potest, vt ibi habet Apost. Corseti. Sextò, ex causa potest res alterius priuato auferre, sed non sine causa. idẽ in l. Barbarius. n. 21. ff. de offic. præt. Septimò, Principem negare est quasi

crimen

crimen sacrilegij. Idem in l.sacrilegij. C.de diu.rescr. Octauò, pro habenda pace potest remittere iniurias, & damna, vt supra, subditorum in perpetuum, & etiã castrum subditi sui alteri concedere. Ias.in l.gallus §. quid si tantum.nu.29. ff.de lib. & posth. quod intelligitur de eorum consensu, aliàs non: vt dicit Abb.in c. quanto.nu.1.de iureiur. quod ego intelligerẽ sine causa, si enim adsit causa publicæ vtilitatis, vt in casu prędicto, cum id tendat etiam ad vtilitatem subditorum, & ipse habeat procurare bonum communitatis, sentirem quòd id possit facere etiam non habito eorũ consensu; quo tamen casu æquum est, vt is in alio compensetur, ne vnus pœnã oĩum subeat. Nonò, potest legem condere quattuor modis, de quibus per Ias.in l 1.ff de constit.Princ. Decimò, liberalitas Principis non debet freno coerceri. Ias.in l.beneficium.nu.20. ff de constit. Principũ. Vndecimò, expulsus de suo dominio potest quandocunque id recuperare, & dicitur incontinenti recuperasse. Ias.in l.clam possidere. §.qui ad nundinas.nu.36. ff.de acq.poss. Duodecimò, potest ex causa remittere pœnam concernentem interesse priuatum. Ias.in d.l.Barbarius.nu.27.ff.de offic.præt.& etiam ex causa potest auferre ius priuato acquisitum, etiam ex contractu inito cum Principe, vt ibi dicit nu.29. & potest etiam concedere debitori dilationem solutionis debiti ex causa. Idem in auth.quas actiones.nu.7. C. de sac.san.eccl. Decimotertiò, per rescriptum potest remittere pœnam corpoream, vel pecuniariam applicandam fisco, non autem priuato sine causa. Idem in l.vnica.nu.8. C.de in ius voc. Decimoquartò, si restituit damnatum, potest auferre ius adeundi alteri delatum. Idem in l.gallus. §.quid si tantum. nu.104. ff.de lib.& posth. Decimoquintò, Principi reseruata nõ acquiruntur inferiori, nisi per priuilegium cuius initij non sit memoria in contrarium. Abb.in c.quod translationem.nu.2. ff.de offic.leg.etiam si ei sint reseruata

in signũ supremæ potestatis, sic enim in aliquibus acquiruntur. Abb.in cap.super quibusdam. nu.2. de verbo.sign. Decimosextò, promouens scienter indignum, videtur eum habilitare, secus si ignoranter. Abbas in cap.per inquisitionem.num.7. de elect. in c.quisquis. eod.nu.2. Decimoseptimò, potest statuere contra ius positiuum, si tamen id facit sine causa peccat. Abb.in c.quæ in ecclesiarum. nu.17.de constit. Decimooctauò, potest tollere appellationem, siue quòd ab eius sententia non appelletur, siue quòd committat causam appellatione remota. Abb.in rubr.de appellat.num.7. Decimononò, potest rescribere contra sententiã. Abb. in c.ex literis.nu.10. de restit.in integ. & si non recognoscit superiorem in temporalibus potest exercere, ea quæ sunt reseruata Imperatori Idem in c.per venerabilem.nu.10.& 26.qui filij sint leg. Vigesimò, potest etiam proprios filios legitimare, vt ibi dicit num.13. Vigesimoprimò, potest facere, quòd debentes eligere Papam in conclaui includantur Idem in c.tua.nu.10. de decimis. Vigesimosecundò, potest præcipere subdito in his quæ spectant ad officium suum etiam nõ exprimendo causam præcepti. Idem in c.si quãdo.nu.5. de rescript. etiam quòd mandet, vt aliquem eius subditum suspendat, sic enim ei est parendum. Idem in c. cum olim.nu.23.de re iud. Vigesimotertiò, potest statuere, vt vni testi credatur in certis causis. Idem in c. nuper nobis.num 1.de testib. Vigesimoquartò, potest conqueri de electione facta de aliquo in Episcopum, si erat consuetudo, vt eius consensus requireretur, nec est requisitus, etiam si electio per Papam esset facta, ex causa, vt quia habeat electum suspectum. Idem dicit in c.1.n.9.de elect.in c.quod sicut.§.super eo.nu.7. eod. Vigesimoquintò, interpretari fortè potest ius diuinum in casibus quibus id est expressum, vt ꝙ occidens occidatur, in alijs verò non expressis, non potest sine causa, & in materia tãtum temporali, in spiritualibus

enim

enim non poteſt ius diuinum interpretari, cum id ad Papam pertineat. Abb in c.quæ in eccleſiarum nu.9. de conſtit. Vigeſimoſextò, ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt ſtatuere contra ea quæ ſunt de iure gentiũ, vel naturali ſecundario, vt quòd per præſcriptionem aliquid acquiratur ad lites euitandas, ne dominia rerum ſint in incerto, res tamen priuatorum, quæ olim iure naturali, vel gentium fuere conceſſæ occupantibus. §. quod in nullius. Inſtit. de rernm diuiſ. ex cauſa auferre poteſt, ſine cauſa verò graui non. Abb. ibi. num. 11. & 12. modicam tamen læſionem inferre poteſt, vt dare dilationem debitori, & tollere actionem quæ eſt de iure ciuili, non tamen quæ ſunt de iure naturali, vel gentium ſine cauſa, vnde nec ſine cauſæ cognitione poteſt priuare vaſſallum feudo, cum ibi ſit quidam contractus, & Princeps teneatur ei ſtare cum ſit de iure gentium. Idem ibi. nu. 13. 14. & 15. qui & nu. 16. dicit, non eſſe Principi obediendum, vbi timetur magnum ſcandalum, vel turbatio Regni, vel magnum peccatũ, dicens etiam nu. 18. quòd vaſſallus poteſt ſibi acquirere nouum vaſſallum infeudando ei feudum etiam ſine licentia prioris domini, de quo alibi cadit materia. c. de feudis. modo, vt ibi. Vigeſimoſeptimò, ſi non recognoſcit ſuperiorē, poteſt eſſe iudex in cauſa propria, ſi ſuperior agit contra ſubiectum, licet æquius ſit vt alteri cauſam deleget, ſi verò ſubiectus agit contra dominum, poteſt eum conuenire coram Papa. Idem in c. ex epiſtolæ. num. 5. de probat. cum limitatione tamen de qua ibi. in c. nouit ille nu. 6. vbi Apoſt. notab. de iudic. & num. 14. & 15. Vigeſimooctauò, poteſt ex cauſa alterius iura tollere, & diminuere, non tamen ſine cauſa, vt nec priuare ſubditum re ſua, nec ius tertij auferre ſine cauſa. Idem in c. fi. de confirm. vtil. nu. 1. 3. & 14. in c. in noſtra nu. 5. de iniur. Vigeſimononò, ſi ſit Princeps ſupremus poteſt imponere tributa, vectigal, collectas, & exactiones. Idem in c. innouamus. de cen

ſibus.in c.2.de immun.eccl. Silu.gabella.5. de quibus ibi.& alij. de quo dicẽdum, vt infra Tomo IIII.in expoſit. Bullæ Cœnæ Domini. Trigeſimò, poteſt remittere pœnam delicti, hac diſtinctione, ſcilicet in pœna pecuniaria applicanda fiſco, nódum tamen applicata, ſi verò eſſet applicanda parti non poſſet illam per reſcriptum tollere, ſi verò ſit pœna corporalis, ſi pro delictis futuris, non poteſt remitti, quia inuitaret ad delinquendum, ſi verò pro prçteritis per reſcriptum eam tollere poteſt. Iaſ.in l.reſcripta.nu.8.C.de precib.imp. offer. Trigeſimoprimò, Principes duo poſſunt eſſe in eodem Principatu, non tamen duo Pontifices. Abb.in c.quoniam.de offi.ord.Trigeſimoſecundò, ſi vt ſupra, ſit ſummus Princeps poteſt imponere taleas, & exactiones, non alius. Idem in c.innouamus.de cenſib.in c.2.de immun.eccl.Trigeſimotertiò, poteſt eximere caſtra à ciuitate, quæ eſt ſibi rebellis. Idem in c.inter cætera.2.col.de maior.& obed. Trigeſimoquartò, poteſt prohibere vſum armorum. l.vnica. C. vt arm.vſus inſcio Principe interdictus ſit.lib.11. Iuſtin.nouella 85. §.fi.auth.de mand.Principũ. cum ius armorum in ſolius Principis manu ſit c.26.Matth.& tota 23.q.5. Augu.lib.22.contra Fau.c.70. c.ille.23 q.4. & quandoq; etiã milites armis non cingebantur, niſi cum in hoſtẽ erat prodeundum: vt dicit Plutar.in vita Coriolani. & §.1.Inſtit.de teſtam. id etiam ſignificatur, & Pius V. in eius Conſtit.155.incip. Cum vices, vſus armorum ſubditis prohibuit etiam cultellos, cum armorum tractatio reddat homines feros, & promptos ad nouandas res, ademptio quietos, vt patet ex Iuſtino lib.1. exemplo Lydorum; quod tamen ex cauſa fieri debet.

Principis beneficiũ, & reſcriptũ, vt interpretãda

7 Septimum dictum. Beneficium, conceſſio, vel reſcriptum Principis in particulari, ſic debet interpretari, & de ea præſumi. Et primò, ſi eximit caſtra alicuius à tributis, vel iuriſdictione, intelligitur eximere illa tantum, quæ ad ipſum ſolum pertinent, non autem quæ habet

habet communia cum alijs. Iaſ.in l.ſerui electione. §. Labeo.de leg.1. Secundò,ſi facit ſecundam conceſſionem, nõ videtur prima reuocata, imò ſecunda operatur,quòd cenſeatur facta motu proprio Principis. Iaſ. in l.cum procurator.§.ſi dominus.nu.6.ff.de noui op. nunc. Tertiò, reprobando ſtatuta aliqua alicuius loci coram ſe exhibita cenſetur alia approbare. Alex.conſil.524.ad fi.vol.4.incip.Viſo ſtatuto.Iaſ.in l.legata.in fi.de leg.1. nu.20. Quartò, ſi concedit alicui officium ſecundùm ſalarium conſuetum, in dubio intelligitur, prout habuit præceſſor eius,l.mella. §.1.ff.de alim. & cib.leg.Bal.in l.binos. circa fin. C.de adu.diu.iud.Iaſ. in l.diem functo.n.18.ff.de offi.aſſeſſ.& ſi fuit variatũ, ſtatur vltimo. Quintò,ſi concedit alicui domum,intelligitur ſuppellectilem, & adiacentia conceſſiſſe. Iaſ.in l.beneficium. nu.1.ff.de conſtit.Princ. Sextò,ſi Princeps concedit alicui priuilegium,ſi per ſtatutum,incipit tantum habere locum à die ſcientiæ,ſi per priuilegium priuatæ perſonæ conceſſum, à die conceſſionis. Iaſ.in d.l.beneficium.nu.46.cum ſeq. Septimò,ſi concedit alicui caſtrum,intelligitur concedere omnem iuriſdictionem,& redditus cauſarum tam ciuiliũ, quàm criminalium.Idem in d.l.nu.9. & etiam intelliguntur conceſſa fortalitia,& munitiones: vt ibi dicit n.3.& 4. ſimiliter ſi officium tabellionatus alicui concedit in aliqua ciuitate, intelligitur etiam de territorio : vt ibi dicit num.15. & ſi bannitus reſtituitur à Principe, cenſetur reſtitutus in integrum, bona tamen in alium tranſlata non recuperat, nec fructus perceptos etiam de bonis non alienatis, vt ibi dicit num.15.16 & 17. de quo tamen vltimo ibi Iaſ.n.17. dubitat,& inclinat in contrariũ,primum tñ eſt verius. Octauò, Princeps nunquam vult præiudicare tertio etiam ſi reſcribat cũ clauſula proprio motu,& ſi quid dat,vel confirmat,intelligitur ſemper ſaluo iure tertij.Idem in l.ſi quiſquã. ff.ſi quis.caut. in l.beneficium.nu. 19.& 20.de conſtit. Princ.

Princ. si tamen id exprimit, valet, vt ibi dicit num.23. sic tamen vt si dicat etiam cum præiudicio tertij, id intelligi debet de paruo præiudicio: vt ibi dicit num.24. subdens beneficium Principis esse latissimè interpretandum, priuilegium verò, & dispensationem, & rescriptum ad lites strictè, vnde si dispensetur alicui super beneficio, intelligitur de simplici, & in ordinibus, intelligitur de minoribus; sic tamen, vt dispensatus super aliquo, veniant & accessoria necessaria; vnde dispensatus super pluralitate beneficiorum, intelligitur, & super residentia, vt ibi dicit nu.32. cum seq. Nonò, si fecit pacem pro se, & adhærentibus suis, intelligitur de præsentibus, non autem de ijs qui postea adhæserunt. Ias. in l. si stipulatus fuerim. § cum stipulamur. nu.8. ff. de verb. oblig. Decimò, si promisit alicui defendere castrum, non tenetur id defendere, si iustè ei bellum infertur, nec quando commisit delictum, ob quod exercitus est contra eum. Idem in l. quidam cum filium. nu.27. ff. de verb. oblig. & similiter si aliquem recipit sub sua protectione, non tenetur eum defendere, nisi cum iniustè grauatur. Idem in l. qui seruum. nu.6. ff. de verb. obl. nec confederati tenentur alium adiuuare cum exercet bellum iniustum. idem in d. l. quidam. nu.29. Duodecimò, si concedit priuilegium, & addit verbum, liberè, intelligitur per ista verba, vt aliquid vltra ius cõe det. idem in l. 1. nu.14. C. de sac. san. eccl. Duodecimò, si concedit priuilegium, non obstante lege, quæ dicit, quòd non valeat concessio, nisi in specificatis, id tamen valet. Ias. in l. sed & si quis. §. quæsitũ. nu.23. ff. si quis caut. Decimotertiò, si concedit alicui castrum cum territorio, intelligitur etiam concedere iurisdictionem, & si postea augmentetur illud territorium, intelligitur, & concedere iurisdictionem. idem in l. ius dicentis. nu.15. & 16. ff. de iurisd. omnium iud. Decimoquartò, non præsumitur vnquam placere Principi, nisi quod iustum sit, & verũ. idem in l. quod Principi.

cipi.nu.3.ff.de consti.Princ. & si concessit ius iniquũ, presumitur, quòd fecerit ad instigationem partis.idem in l.si quis iniquum.nu.3.ff quod quisque iuris. Decimoquintò, si is concedit rescriptum delegatorium supplicanti, videtur eum habilem facere ad agendum. idem in l Barbarius.nu.9.ff.de offic præt. non tamen si concedit ei tantum iudicem delegatum, idem in l. generaliter. ff de in ius voc. Decimosextò, nunquam præsumitur aliquid cõcedere motu proprio, sed ad postulationem partis, nisi concedat ob remunerationem meritorum.idem in l.ex hoc iure.nu.56. ff de iustit.& iure. Decimoseptimò, dicitur plenus Philosophia, & habere omnia iura in scrinio pectoris sui, non tamen cõsuetudines particulares locorum scire præsumitur, idem in l.omnium.C.de testam.in l.Scillanianũ. C.de his quib.vt indig.in l.præscriptione. n.7. si contra ius, vel vtil.publ. Decimooctauò, si aufert res priuatorum ob publicam vtilitatem dicit Ias. ꝙ tenetur ad pretiũ earum, nec potest facere legẽ per quam auferatur ius priuati, vel obligentur res subditorũ, nisi causa publicæ vtilitatis. idem in l.ciuitas.n.11. ff.si cert pet.idem in d.l.Barbarius,num.36. modo, vt supra. Decimononò, si imponit onus communitati subiectæ, & facit aliquos exemptos, si Princeps ipse facit illos exemptos, debet sibi detrahi collecta ad illos spectans, si verò cõmunitas illos facit exemptos, cæteris onus accrescit. idem in l.auus neptis nu.8.ff.de pact. & Princeps tenetur seruare pacta siue fuerint cum priuato, communitate, vel alio. idem in l.1.nu.2.ff.de pact. Vigesimò, si per rescriptum concedit feudum pro se, & filijs, veniunt & nepotes.idem in l.si extraneus.n.21.ff.de condit.causa data Vigesimoprimò, si concedit immunitatem incolis alicuius loci, comprehenduntur etiam Iudæi ibi habitãtes.idem in rubr. ff de iust.& iure.n.27. Vigesimosecundò, nunquam censetur velle vti plenitudine potestatis. idem in l.quanquã. C.de milit.test.

Vigesimotertiò, si restituit damnatum, potest auferre ius adeundi alteri delatum, non tamen conceduntur fructus etiam ex bonis non alienatis percepti. Ias. in l. gallus. §. & quid si tantum. nu. 104. ff. de lib. & posthu. Vigesimoquartò, si cômittit causam appellatione remota, non impeditur tertius, qui comparet appellare, licet principalis non potuisset. idem in l. certi conditio. §. quoniam. num. 12. ff. de rebus cred. Vigesimoquintò, si confirmet electionem inualidam, non intelligitur eam conualidare, nisi id faciat ex certa sciẽtia. idem in l. more. n. 30. ff. de iurisd. omn. iud. Vigesimosextò, si concedit alicui iurisdictioné pro certo annuo censu, transit ad hæredes eiusdem generis, & idem de pedagijs, & emphyteusi, vel feudo, nisi aliud exprimatur, vel æquipollens, vt quia conceditur vsufructus talis rei, quia intelligitur ad vitam, vel si dicat per te vtaris, vel si eligitur ibi industria personæ, aliàs transit ad hæredes. idem in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. nu. 8. & 9. ff. de leg. 1. Vigesimoseptimò, si tollit statutum, quod ignorat esse iuratum, non censetur ob id tollere iuramentum. Abb. in c. 1. nu. 7. de his quæ fiunt à maiori parte. Vigesimooctauò, motus proprius Principis excludit omnem surreptionem. Abb. in cap. causam. 2. nu. 4. de testib. & præsumitur confirmare ex certa scientia quando inserit tenorem rei confirmatæ, in c. venerabilis num. 2. de confirm. vtil. & præsumitur in eo certa scientia quando rescribit de omnibus in supplicatione contentis. idem in c. pastoralis. §. præterea. nu. 4. de offic. delegat. Vigesimononò, Princeps præsumitur iusta causa semper moueri. Abb. in c. cum inter. nu. 9. de except. in c. 1. nu. 4. de causa poss. maximè cum rescribit ex certa scientia. idem in c cum olim. nu 17. de re iud. adeò ꝙ non admittitur probatio in contrarium. idem in c. quæ in ecclesiarum. nu. 14. de constit. fallit tamen quando est obligatus ex suo contractu, vnde non potest sine causæ cognitione vassallum feudo priuare;

secundò

secundò, fallit, quando agitur de causa Principis respectu non subditorum, sed aliorum: tertiò, limitatur, si ex facto Principis timeretur turbatio Christianitatis, vel peccatum, quia sic in eo non præsumitur iusta causa, nec illi est obediendum: quartò, limitatur, si deroget iuri tertij, quia id non intelligitur, nisi specialiter derogatio fiat, vt dicit Corset in addit. ad Abb. loco cit. Trigesimò, non intelligitur inducere ius nouum quando respondet ad consultationem. Abb. in c. peruenit. n. 8. de empt. & vend. Trigesimoprimò, in generali concessione non præsumitur concessisse id quod in specie nō esset concessurus. Abb. in c. 1. nu. 5. de rescrip. & si mandat inquiri contra aliquem, intelligitur mandare, vt prius inquiratur super infamia, quàm super crimine, & veritate, cum illud sit præambulum. idem in cap. fi. nu. 2. de accusat. Trigesimosecundò, videtur dispensare vbicunque rescribit, toleramus, secus si simpliciter tolerat. Abb. in c. nisi essent. nu. 9. de præb. Trigesimotertiò, præsumitur velle, quod est de iure. idem in cap. cum venissent. nu. 2. de iudic. Trigesimoquartò, si rescribit iudici inferiori, vt contra subditos procedat, vel aliàs id agat ad quod tenebatur, nō videtur facere eū delegatum, sed excitare suam iurisdictionem, & officium ordinarium, secus si ei mandat aliquid ad quod non tenebatur. Abb. in cap. licet. nu. 3. de offic. ordin. Trigesimoquintò, præsumitur aliquid facere ex certa scientia, cū id exprimit in rescripto, vel si ex eo potest colligi certa scientia Principis. idem in cap. nonnulli. nu. 8. de rescript. Trigesimosextò, in casibus quibus requiritur plenitudo potestatis Principis, sat est quòd dicat, quòd id facit ex certa scientia, & dicitur plenitudo potestatis, cum quid fit contra dispositionem legis in illo casu, qui tamen ea plenitudine vti nō debet quando decoloraretur status vniuersalis ecclesiæ, vel Principatus, sine magna causa. Abb. in c. ad hæc. nu. 7. de rescript. qui etiam non potest committere causam suspe-

cto de plenitudine poteftatis, nifi cum facultate recufandi, vt ibi dicit nu 8. Trigefimofeptimò, fi Princeps afferit fe cum aliquo difpenfaffe, non per hoc creditur parti, nifi aliud oftendatur, vel de nouo difpenfet, fi actus retrotrahi poteft. Abb. in c. fraternitati. num. 5. de fchifmat. Trigefimooctauò, fi conftitutio Principis à principio non recipitur communiter ipfo fciente, & tolerante fuper actu à iure pofitiuo prohibito, videtur difpenfare, fi verò maior pars populi id recepit, alij transgredientes non excufantur à peccato, fi verò eft recepta communiter, tunc vel fcribit, quòd vult certũ actum tolerare, vel diffimulare, & fic talis diffimulatio habet vim difpenfationis, aut nil fcribit, & non videtur difpenfare, nifi in aliquo actu difpenfarit. Abb. in c. quia circa. ad fi. de confangu & affi. in quo videndus etiam Couar. in 4. Decret. 2. p. c. 10. in fi. Trigefimononò, fi committit caufam minori, videtur eum habilitare. l. quidam ff. de re iud. modo fit pubes, quia aliàs eft impedimentum naturæ ad iudicandum. l. cum prætor. ff. de iudic & Princeps non poteft fuper ea quę funt de iure naturali. § . fed naturalia. Inftit. de iure natur. glo. in c. cum vigefimum. de offic. deleg. modo quo fupra; fi tamen is agit decimumoctauũ annũ, & Princeps ex certa fcientia ei caufam committit, valet, aliàs refcriptum eft furreptitiũ, & fimiliter fi Princeps ignorabat minorem ætatem, fic enim non difpenfat, cum ignorans non difpenfet. Abb. in d. c. cum vigefimum. vel faltem fufficit annus vigefimus ad iurifdictionem exercendam. d. c. vbi Abb. dicit, quòd fi Princeps decedit relicto impubere, debet ei dari tutor qui exerceat iurifdictionem, poft pubertatem verò is exercebit ea, quæ funt iurifdictionis, quæ verò pertinent ad regni adminiftrationem, debet exercere cum authoritate fui curatoris. Abb. ibi, qui & dicit, quòd non poteft quis effe de confilio ciuitatis ante annum vigefimumquintum inchoatum. Quadragefimò, Principis motus pro-

prius non inducit dispensationem, nec tollit defectum personæ, sed solius surreptionis. c. si motu proprio. de præb. in 6. operatur tamen quòd facit gratiam extendere ad id quod aliàs non comprehenderetur per rescriptum. c. si plures. de præb. in 6. similiter quia Princeps magis præsumitur instructus in ijs quæ narrat motu proprio, quàm aliàs in facto per alium narrato, Gemin. in clem. per literas. de prob. licet possit opponi vbi agitur de facto alieno, quòd non fuerit sufficienter instructus, licet non possit opponi de defectu intentionis. Io. And. in d. c. per literas. Anch. cons. 137. Roma. cons. 327. & cons. 436. Quadragesimoprimò, Principis beneficium continens gratiam non odiosam debet largè interpretari, sed si cōtinet aliquid contra ius commune, vel veniret in præiudicium tertij, debet strictè interpretari. Doct. in c. olim. de verb. sign. Abb. in c. nonnulli. §. sunt & alij. 2. col. de rescrip. Quadragesimosecundò, si Princeps donat rem alienam, licet donatio sit firma, potest tamen contra eius fiscum agi ad æstimationem. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. & idem si habet rem communem cum priuato. Abb. in c. 2. de rebus eccl. non alien. Quadragesimotertiò, si ex certa scientia reuocat ad se negotium, non requiritur, vt inferiori notificetur. c. 1. de concess. præb. in 6. si tamen aliquid attentet in præiudicium ignorantis, probabilis ignorantia illum excusat. Abb. in c. cum M. de constit. col. fi. Quadragesimoquartò, si concedit priuilegium, vel sententiam fert ex necessitate temporis, vel ex suppressione partium, potest & debet cessante illa necessitate temporis, retractare. not. in c. tum ex literis. de in integ. restit. c. non debet. de consanguinit. Quadragesimoquintò, si causam specialiter inferiori committit, videtur iurisdictionem suorum inferiorum reuocare, quando aliquod negotium ex certa scientia ad se aduocat, secus quando ordine iudiciario procedit, quia tunc inferior poterit vti iurisdictione delega-

ta, & etiam ordinaria si voluerit. Abb. in c. cum ex officij. col. 5. de præscript. Quadragesimosextò, Principis minæ inducunt iustum metum. idem in c. 1. de officio deleg. Bart in l. metum. quod metus causa. qui & idem dicit de precibus importunis. in c. cum inter. de elect. col. 3. Quadragesimoseptimò, delegatus Principis potest quandoque vt suspectus recusari. idem in c. super quæstionum. de offic. deleg. Quadragesimooctauò, videtur eligere industriam personæ, cum dicit, causam personaliter exequaris, vel huiusmodi verba. idem in cap. 1 de offic deleg.

8 *Principis priuilegia, q̃ & quanta sint.*

Octauum dictum. Princeps gaudet multis priuilegijs, præter supra dicta, quæ latè congessit Ludouicus Bosius Senator Mediolanẽsis, doctor excellẽtissimus, in tractatu, quem inscripsit, de priuilegijs Principis, ad quæ me remitto, ne rectissimè acta repetam, aliqua tñ alibi collecta ad qualemcunq; eius rei cognitionẽ subijciens; Primò enim quædam ei competunt ratione excellentiæ eius dignitatis, quæ regalia dicuntur, de quo in tit. quæ sint Regalia in vsib. feud. vt ius faciendi arma. auth. de armis. coll. 6. & C. de fabricẽsib. lib. 11 & littora, quæ sunt publica, & regalia, quò ad protectionem, & defensionem, prohibẽdo ne quid ibi fiat, si vsus littoris, & publicus prohibeatur, vel impediatur. §. littora Instit. de rerũ diuis. l. littora. ff. de acq. rerum dom. similiter viæ publicæ sunt de regalibus d. tit. quæ sint regalia. & Principes tenentur eas tutas seruare, & ideò delicta ibi commissa spectant ad officiarios regios. & similiter de portu armorum, & maris, sic etiã flumina nauigabilia, scilicet pædagium, quod ibi percipitur: vt dicit Andr. de Isern. in d. tit. & portus publici, & vectigal. quod inde percipitur. l. inter publica. ff. de verb. sign. & redditus qui ex ripis percipitur, & vectigalia, idest octaua pars eius, quod vehitur, vel soluitur. quæ solui debet l. à præstatione. l. à legatis. C. de vectigal. vel minus si minus Princeps taxarit, similiter

liter ius cudēdi monetam.d.tit. quæ sint regalia. quod competit cuilibet Principi in suo imperio: vt ibi dicit Isern.c.quanto.vbi glo.de iureiur. Mulctarum,& pœnarum compendia, quæ competunt Principi, si alibi non sint applicata.l.mulctarum. C.de modo mult. Similiter bona vacantia competunt Principi.l.1.& 2. ff. de iure fisci.& tit.de bonis vac. C.lib.10. & bona eorū quæ indignis auferuntur, nisi specialiter alicui concedantur. ff.& C.de his quibus vt indig. per tot.& bona contrahentium incestas nuptias.l.qui contra.C.de incest.nupt. bona etiam condemnatorum,& proscriptorum.C.de bonis damnat & cond.quod declarat Isern. d.tit.quæ sint reg.& qualiter intelligātur præstationes etiam angariarum,perangariarum, plaustrorū, & nauium.d.tit.vbi Isernia id declarat, & ius indicendi extraordinariam collectā ad fœlicem eius expeditionē. l.2. C.de super ind.lib.10. quæ declarat Cassan. tit.de muneribus. Potestas etiam constituendi magistratus ad iustitiam exercendam.l.1.de constit.Princ.§.sed & quod.Instit.de iure nat.l.vnica. ff.de offic. præt. l.1.§. cum enim.C.de vet.iur.cum omnes magistratus,& dignitates à Principe profluant, qui est iudex iudicum. Iser.d.tract. Argentariæ etiam competunt Principi de quolibet scilicet metallo.l.1.& 3. C.de metallarijs, & met.lib.11. vbi declaratur, quod solui debeat fisco de metallo. Is etiam solus habet palatia in ciuitatibus, quæ dicūtur domus Principis. Iser. ibi. Redditus etiā piscationum, & salinarum ei soli competit, d.tit. quæ sint reg. vbi Isernia declarat qualiter id intelligatur, scilicet de quibusdam tantum piscationibus, Principi reseruatis,cū aliàs piscatio in mari,vel fluminibus sit omnibus communis.Instit.de rerum diuis.§.flumina. bona etiam committentium crimen læsæ Maiestatis. l.quisquis. C.ad legem Iul.maiest. & habetur in d.tit. quæ sint reg. Ei etiam competit medietas thesauri inuenti in loco Cæsaris non data opera, si enim data ope

ra, totum ad Principem pertinet. Instit. de rerum diu. §. thesauros. Is etiam non tenetur seruare ordinem iudiciarium. Fel. in c. in causis. de re iud. Ias. in l. certum. col. pen. C. vnde legitimi. qui & potest adire hereditatem per procuratorẽ, quod non licet priuato. Bar. in l. pupillus. ver. aliàs per procuratorem. ff. de acq. hæred. Bal. in l. 1. C. qui admitti. Is etiam creat tabelliones, & concedit, vt eorum scripturis fides adhibeatur. Innoc. in c. cum P. tabellio. de fide instru. l. generali. C. de tabellionib. lib. 10. qui & creat aduocatos, vel dat potestatem solus creandi. l. quisquis. §. fi. C. de postul. l. nemo. C. de adu. diu. iud. & solus approbat Medicos, & dat eis potestatem medendi. Luc. de Pen. in l. contra publicum ver. 10. C. de re milit. lib. 12. Solus etiam restituit ad famam Bart. in l. infamem. ff. de publ. iudic. Luc. in d. l. contra. 26. priuil. & etiam dat gratiam ad vitam. Cassan. in consuet. Burg. tit. Des iustices. § 5. in glo. solus etiam vniuersalem legem condere potest l. fi. §. pen. & fi. C. de legib vt & legem dubiam inter ęquitatem, & rigorem interpretatur. l. 1. C. de legibus. Luc. de Pen. in l. 1 C. de præf. qui in vrbe. lib. 11. vt & voluntatem testatoris interpretatur. Bald. in l. cum apud. C. de communi seruo manum. & solus approbat militẽ. l. 1. vbi Luc. de Pen. C. qui mil. poss. lib. 12. l. neminem. C. de re milit. 1. Reg. 14. Gen. 14. & solus tribuit immunitatem à tributis. 1. Reg. 17. l. 1. & fi. ff. de censib. Luc. de Pen. in l. medicos. C. de prof. & med. lib. 10. & solus potest concedere, vt alicui detur salarium de publico. l vnica. C. de præbit. salar. lib. 10.

Secundò, principaliter, priuilegiatur Princeps, ꝙ solus potest egredi vires libelli. Butr. in c. licet Heli. de simon. vnde si actor nil probat, & tamen reus fatetur defectum iuris sui, Princeps potest eũ condemnare, ꝙ priuatus, vel inferior iudex non potest. Bal. in repetit. l. Aemilius. col. 18. ff. de minorib. Innoc. in c. super literis. de rescript. qui & mutare potest instantiam, quò

ad—

ad inducta per ius ciuile.l.1. C.de rei vx.act.gl.in c.1. de cap.mon.nec instantia in eius curia currit.Fel.in c. in causis. de re iud. & solus ratificat id quod ipso iure est nullum. l.adoptio 2.ff.de adopt.l.2. de rebus eorū. & solus de inhabili facit habilem.l.quidā.ff.de re iud. & de indigno dignum.§.discreris. auth.quibus modis nat.effic.sui.Curt.conf.49 col.45.& in eo omnis pœna est arbitraria. Bald.in l cunctos populos. 8.col. C.de summa Trin.qui & solus facit gratiam iurisiurandi.l. fi in princ.ff.ad munic.quod tamen pertinet ad iudicē ecclesiasticum habilitare ad finem agendi. not.in c.si verò.de iureiur.gesta etiam coram eo per falsum procuratorem non possunt ratificari per dominum. Bal.in l.falsus. C.de furt. quod apud priuatos licet, vel inferiores.l.licet.ff.de iudic.& etiam potest iudicare secundùm conscientiam.Bar.in l.1.C.vt quę desunt adu.Felin. in c.in causis,de re iud. & si præcipit sub pœna indignationis,potest inobedientem priuare feudo, vt & Papa beneficiis, cum dicit sub indignatione Beati Petri,& Pauli.Bal.in c.1.§.porrò.tit.quæ sit prima causa benef.amitt.in vsibus feud.in l.cunctos populos.C.de summa Trin.& citatus ab eo etiam die feriata tenetur comparere. Bar.in l.2.§.fi. ff si quis in ius voc.non ie. cū feriæ sint de de iure ciuili, cui Princeps potest derogare. l.digna vox. C.de legib.si non sint introductæ in honorem Dei.arg.c.conquestus.extra de fer nisi in casibus exceptis. Is etiam causas suas committit cui vult.Innoc.in c.ex parte.de verb.sign. solus etiam remittit pœnam merenti.l.ad bestias.ff.de pœnis.vt etiā potest sine causa augere pœnam à iure statutam.§.planè.vbi glo. Instit.de iure nat. Luc.de Pen.d.l.contra. ver.27.C.de re milit.lib 12. solus etiam instituit noua vectigalia.c.innouamus.de cēsib.l.3. C.de vectigalib. Doct.in c.super quibusdam . de verb. sign. & idem de tributis, oneribus, & collectis. l.3. C.de ann. & tribu. lib.10.solus etiam dispensat super natalibus . l.qui in

pro-

prouincia.ff.de ritu nupt.l.quæris. ff.de natalib.restit. & ius aureorum annulorum tribuit. l.1.& 2. C.de iu. aur.ann. & nat.restit.vbi Bal. qui & solus legitimat illegitimos.§.illud tamen.ver.si quis. auth.quibus modis nat.effic.sui.& etiam filium proprium tanquã subditum.cap.per venerabilem §.videbatur. ver.insuper. qui filij sint leg.Luc.in l.contra.ver.28. C.de re milit. lib.12. qui & solus cum dignitatis donatione omnem maculam abstergit. l.imperialis.§.similes. C.de nupt. & solus transferre potest milites de vno numero ad alium.d.l.contra. C.de re milit.lib.12. qui & solus potest auferre ius alterius. Doct.in l.fin. C.si contra ius, vel vt.& rem priuati potest dare militibus. l.item si.§. 1.ff.de rei vendic. Bal.in l.2.col.6.ver.item nota.C.de seru. & aqua. quæ tamen non sunt agenda sine culpa, vel causa publica; qui solus etiam concedit commeatum,& remeatum ab exilio.l.relegati.in fi. ff.de pœn. & restituit in integrum per viam gratiæ aduersus sententias criminales. l diui.ff.de pœn. & si quis soluitur à militia sine licentia Principis, ad eandem non reassumitur.l.2.C.de diu.offic.lib.12.l.si quis.C.de cohortalibus.d.lib.solus etiam de plenitudine potestatis potest reuocare per se factum.Bal.in l.2.col.6.C.de seru. & aqua. Felin in c.nouit.col.9.de iudic. qui tamen in dubio tali plenitudine non censetur vti.Ias in l.quanquam.col.2.C.de testam.milit.solus etiam potest bellum indicere. l.vnica. C.vt arm.vsus inscio Principe. lib.11.c.quid culpatur.vbi gl.23.q.1. qui & solus magnas dignitates confert.l probatorias. C.de diu.offic. lib.10. & disputans de eius potestate incurrit crimen sacrilegij.l.2.C.de crim.sacril.l.restituendæ.C.de adu. diu.iud qui & solus liberat à curiali fortuna.l. fi.C.de decur.lib.10. priuilegiatur etiam in hoc quòd nullus assumitur in officialem Principis, etiam si sit apparitor sine literis probatorijs Principis. l.probatorias. C. de diu.offic.lib.12. Alex.cons.107.7.vol. l.filiusfamilias.

lias.ff.quibus modis ius pat.quæ literæ debēt esse authenticæ, & sigillatæ sigillo regio; & sunt multi casus in quibus requiritur scriptura authentica, quos notat. glo.in c.1.de censib.in 6. Ias.in l. non solum. §.morte. col.11. de noui ope.nunc.in l.cū proponas. C.de pact. Selua tract.benef.3.p.q.22. Nullus etiam potest dicere Principi, cur ita facis? Eccles.43. Ias.in l.rescripta. col.1.C.si contra ius in l.1.ff.de constitut.Princ.Solus etiam reuocat bene statuta per prædecessores.Archid.in c.ita dominus. §.hæc autem. 19.dist. & tollit priuilegia concessa per quemvis. l.1.§.1. C.de indict.lib.10. quæ si non sint clausa in corpore iuris, sat est clausula, non obstante lege, vel consuetudine. Castr.in l.1.ff.de constit.Princ.si verò sunt in iure, oportet vt eis in specie derogetur. Alex.cons.101.1.vol. Ias.in l.1. col.vlt. ff.de constit.Princ.Felin.in c.1.col.8.de rescript. Solus etiā imponit, vel mandat imponi alicui ex principalibus, vel decurionibus alicuius ciuitatis aliquid. l.diui fratres.§.de decurionibus.ff.de pœn & solus patre inuito liberat filiū à patria potestate. l.fi. C.de consulib. lib.12. & solus cognoscit de causa, præscriptione temporis non obstante.l.2.§.fi.ff.si libert.ingen.esse dic. & solus cognoscit de innocentia alicuius post latam in eum sententiam, etiam sine appellatione, vel in integrum restitutione. l.1.in fin. ff.de quæstionib. & solus diffinit causam, quæ legibus non est diffinita, prout sibi videtur.l.cum de nouo.C.de legib.& solus tutorem ante finitam tutelam ab ea absoluit.l.idem. §.sunt. ff. de excus.tut. & si eum sumpsit in consiliarium suum. l.iurisperitos.ff.eod. & ab eo, vt à capite, munera bonorum, & honorum diffunduntur. Luc.de Penn.in l. contra.ver.67. C.de re milit.lib.12.& soli Deo de peccato reddit rationem. cap.solam. de pœnit.dist.3.cap. aliorum. 9.q.3. & non cogitur stare iudicio alicuius, dicendo, dominus est qui me iudicat.Barbat.in c.cum venissent. col.4. de iudic. Papa tamen in eum exercet

iu-

iurisdictionem si deuiet à fide, de qua re alibi tract. de summo Pontifice, cadit sermo. Solus etiam potest ferre sententiam sine scriptura Alber. in auth. nisi breuiores. C. de sent. & interl. qui & solus restituit ad famam, & ad natales, ad ordines proprios, & honores. l. 1. C. de sent. passis. & solus concedit abolitionem generalem in criminibus, & etiam specialem alicui, talem non puniendo. l. si interuenit. cum seq ff. ad Turpil. l. 2. & fi. C. de gen. abolit. si tamen solam indulgentiam facit, non tollit infamiam, nisi specialiter id agat. l. indulgentia. C. de gen. abolit. qui tamen non tollit cicatricē infamiæ, quæ sem per manet, licet tollat eius pœnam. l. omnes iudices. C. de decur. lib. 10 c. ventum. 1. q. 1. qui & solus obligationem pignorum nullam roborat per rescriptum suum. l. 2. in fin ff. de rebus eorum, qui sub tut. qui & solus transactionem nullam validat. c. 1. de transf. & glo. in c veniens. eod. & id quod aliàs de iure non tenet etiam re non integra, validat, & confirmat. c. quia Ioannes. 12. q. 5. & solus tollit potestatem domini quam habet in seruum. l. pen. & fi. C. qui mil. poss. vel non. lib. 12. & solus adoptat faciendo adoptatum liberum ante transire in alterius potestatem, per rescriptum suum. l 2. §. fi. ff. de adopt. & solus contra libertatem iam concessam dat beneficium in integrum restitutionis. l. nisi. vbi Doct. ff de min. & licet in integrum restitutio petita aduersus sententiā non debeat pendente tali iudicio sententia executioni mandari. l. si cognita. C. de transf. fallit tamen quando petitur restitutio in integrum aduersus sententiam Principis, quia tunc executio non cessat. c. suscitata. de in integr. restit. Bal. in d. l. si cognita. qui & solus concedit veniā ætatis. l. 1. & 2. C. de his qui veniā ætatis. & potest contrahere compaternitatem per procuratorem. Ang. in §. illud. Instit. de nupt. Bal. in l. vnica. §. ne autem. col. 3. C. de caduc. toll. sed an ibi verè contrahatur compaternitas, dixi in tract. Matrim. iam edito. & si quis se

submittent

submittit gratiæ,& misericordiæ Principis,nō confertur in eum liberum arbitriū,sed debet ab illo benignè tractari. Ang.in l.si cui. ff.de seruit. Is etiā solus apponit decretū in arrogationib.l.2.ff.de adopt. & solus facit statuta super lite pendente.Doct.in c.fi.vt lit.pend. auth. vt cum de appell.cogn.in princ. & solus delegat merum,& mixtum imperium.l.vnica in fi. C.qui pro sua iurisd.iud.dare poss. & eius præsentia supplet omnem defectum solemnitatis. Ias.in l.omnium.C.de testam. & solus designat insulam deportatis à præside. l.illicitas.§.qui vniuersas. ff de offic.præs. qui & solo verbo potest aliquem Doctorem creare ; dicens, esto Doctor.idem in l.1.C.de sent.passis. seruatis tñ his de quibus in Bulla Pij IIII. quò ad professionem fidei emittendam.incip In sacrosancta, anni 1564. & vbi is aduocat ad se causam , nullus de ea se debet intromittere.Bal.in c.vt nostrum.de appell.vbi Innoc. & Doct. in c.cum M.de constit. qui & nō tenetur stare contractui celebrato in magnum damnum sui Principatus. Alb.in l.1.ff.de offic.procon.cæs. qui & si cogit aliquē emere rem Sempronij, talis coactio excusat emptorē à mala fide si scit esse alienam,vt eo nō obstante, possit illam præscribere contra. c fi.de præscript.Nicol.de Neapol.in l.nouissimè. ff.quod cū falso tut. qui & partes quæ diu litigauerunt potest cogere ad concordiā. Abb.in c.cum inter R.de elect.& licet sententia in criminalibus debeat statim mandari executioni . l.cum reis.C.de pœn. si tamen Princeps calore iracundiæ eā tulerit,per triginta dies est differēda executio.l.si vindicare.C.de pœn.gl in c cum apud.11.q.3. Solus etiā remouet officialem quē ipse probauit.l.2. C.de agentibus in rebus. lib.12. & numerum officialium potest minuere.Solus prorogat tempus ad soluendum pecuniam fisco debitā.l.in fraudem.§.fi.ff.de iure fisci. qui & si quid promittit sine causa,cēsetur facere causa donationis.c.1.de donat.nisi enormiter læderetur. Inno.

in cap.grandi. de supplen. neglig. prælat.

Tertiò, in hoc priuilegiatur, quòd infames nó possunt coram eo stare. l. 2. §. ignominiæ. 2 vbi Angel. ff. de his qui not. infam. & subditi tenentur ei iurare obedientiam. glo. in l. non videntur. §. qui iussu. ff. de regul. iur. & ab ipso malè informato ad eundem bene informandum appellatur. l. 1. in fin. C. de relat. l. 1. §. quæsitum. ff. de appel. Bal. in l. fi. C. de relat. & epistola missa per ipsum habet vim legis. Angel. in l. item veniunt. §. pen. ff. de petit. hæred. & gl. in c. valentinianus. 63. dist. quòd Imperator gerit velut officium subdiaconatus Episcopo celebranti ministrando, licet non habeat ordinem, nec potest contrauenire sine infamia cótractui roborato per iuramentum nominis Principis. l. si quis maior. §. fi. C. de transf. & præsumitur bonus, & iustus, & eius acta iusta, & causa in eo adesse iusta. Bal. in l. 1. ff. de constit. Princ. in l. ex facto. quarto notab. ff. de vulgar. in c. ad aures. de rescript. glo. in cap. partus. 23. q. 1. Oldr. consf. 208. Marsf. sing. 6. nec portæ, & muri ciuitatum habitari possunt sine eius permissu. l. 1. ff. ne quid in loco sacro; & prædia eius data in emphyteusim non soluunt extraordinarias collectas, & superinducta. gl. in l. priuatæ. C. de excus. mun. lib. 10. & sola eius protestatio interrumpit præscriptionem, cum tamen citatio saltem in alijs requiratur. glo. in l. cum notissimi. C. de præscript. triginta, vel quadraginta ann. cap nihil prodest. de rescript. & testimonium Principis plus valet, quàm vnius notarij, modo nó agatur de facto eius. Ioan. de Isern. in c. sancimus. tit. quo tempore miles, in vsib. feud. & sufficit coram Principe facere narrationé facti, sine conclusione in libello, cum tamen aliàs non sufficiat. Doct. in l. edita. C. de eden. Ang. in l. omniũ. C. de testam. & si obtinetur rescriptum supplicatione Principi porrecta, ita est ac si lis contestata. l. 1. & 2. C. quando libellus Principi datus &c. & si quis à Principe emit rem, ita est tutus, vt ab illo, vel alio nó possit

cuinci,

euinci, sed dominus rei venditæ intra quadriennium habet regressum contra Principem. l. bene à Zenone. l. omnes. C. de quadr. præscr. cum limitationibus tamen, de quibus per Felin. in c. cum olim. col. 3. de re iud. in c. quæ in ecclesiarum. col. 13. de constit. & licet pars possit renunciare ferijs, si tamen sunt introductæ in honorem Principis, vt ob eius victoriam, vel diem natalem, id non licet. glo in clem. sæpè. de verb. signi. Si etiam Princeps ingreditur aliquam eius ciuitatem, illi obuiam iri debet, & honorari. 3. Reg. 10. Cassan. consuet. Burg. tit. des iustices. art. 4. gl. 1. & ei est magis obediendum, quàm patri. Ias. in l. 1. §. fi. ff. de iustit. & iure. & si potens opprimit aliquem, oppressus debet recurrere ad Principem. Cyn. in l. absentem. C. de accus. qui dat tali saluas guardias, vel per personæ publicæ adhibitionem. l. 2. & fi. C. de erog. mil. ann. lib. 11. vel signa regis. Bar. in l. sanctum. ff. de rerũ diu. tertiò, per promissionem, & iuramentũ, quòd nil mali faciet ei qui timet. l. præsenti. C. de his qui ad eccl. conf. §. si verò. auth. de mon. vel præcipiendo ei sub pœna mortis, & c. ne eum offendat, & subditi tenentur etiam succurrere Principi pro eius exercitu pro quantitate rei feudalis, quam ab eo tenent, & pro redemptione Principis ab hostibus capti. Spec. tit. de feudis. §. cũ. ver. & nota. & alia graui necessitate, & licet feudales eorũ, qui debent seruire in persona in bello, non debeât grauari collectis, tamen vbi id per alios subditos ferri nõ potest, possunt & ijs collectæ imponi. Anan. cons. 7. incip. visis. Ias. in l. si ex toto. in princ. col. pen. in fin. ff. de leg. 1. Eius etiam curia non tenetur seruare ferias, sed omni tempore potest ius dicere. Spec. tit. de fer. §. 1. circa fi. ver. item nota. si id scilicet sit necessarium, maximè in repentinis, & casibus exceptis, vel venientibus à remotis ex causa necessitatis. l. præsenti. C. de his qui ad eccle. Is etiã præfertur in emptione metallorũ. l. 1. C. de metal. lib. 11. qui & potest mandare suo officiali,

vt sic pronunciet. Bal. in l. 1. col. fi. C. quomodo, & quādo iud. modo iniustum nō mandet. c. 1. de re iud in 6. qui solus creat comites palatinos cum potestate, quòd possint creare tabelliones, & legitimare illegitimos. Bal. in l. rescripta. C. de precib. imp. offer. Vbi etiam est Princeps non pręsumitur dolus. Bar. in l. 1. C. de præd. dec. lib. 11. Bal. in l. rescripta. C. de precib. imp. offer. & vbi ipse est, ibi est securitas. Bald. in l. 1. C. de his qui per metum iud. non app. & eius palatium gaudet tali immunitate, adeò quòd qui ibi aliquem offendit, crimen capitale incurrit. Alb. in d. l. præsenti. qui dicit etiam confinia palatij debere gaudere tali priuilegio, solus etiam facere potest remissionem pœnæ post sententiam diffinitiuam. Bal. in cap at si clerici. de iudic. qui & solus darę potest licentiam auferendi corpora à furca. Cassan. in consuet. Burg. rit. des iustices. art. 5. gl. du Prince. Assistentes etiam Principi consequuntur dignitatem, immunitatem, & nobilitatem. l. 1. C. de comitib. & Archiatr. lib. 12. Franc. de Parma, in tract. de priuil. fisci. priuil. 139. & potest Princeps tollere priuilegia, derogando consuetudini, cum clausula ex certa scientia, & ea moderari. Bal. in c. fi. circa fi. de consuet. qui potest dare filijs suis etiam non emancipatis authoritatem regiam. Corset. de potestate regia. q. 6. & quilibet debet reuelare proditorem Principis. l. metrodorum. ff. de pœn. Bart. in l. vtrum. ff. ad legem Corn. de sicar. Abb. in cap. 1. de restit. spol. dicit etiam Butr. in c. 1. de rerum permut. in 6. quòd potest facerę permutationem cum rebus immobilibus ecclesiæ, modo non intendat eius damnū, cum Papæ tamen authoritate. Solus etiam potest apponere clausulam, de plenitudine potestatis. Bald. in comm. super tract. de pace Constantiæ. §. vasalli. verbo, libellariæ, circa fin. vnde comes Palatinus non potest legitimare in præiudiciū filiorum legitimorum, quia sic auferetur eis ius quæsitum, quod soli Principi licet. Bald. in l. 2. col. 6. C. de

seru.

seru. & aqua. qui & non subijcitur alicui necessitati. c.2.de arbitr.in 6. Alex.consi.80.col.9. 1.vol. Bal.in l. 2. C.de seru. & aqua. col.6.

Quartò, priuilegiatur, quòd potest ferre sententiam non conformem libello, quò ad ordinem iudicij seruandum. Bar.in l. Aemilius.circa fi.ff.de minor.& potest tollere leges positiuas, quibus non subijcitur, sed illæ sibi. c.2.de concess.præb. Alex.cons.2.1.vol.Bal.in tit.de alien.feudi. Idem etiam potest esse iudex in causa propria.c.nunc autem. 21.dist. Bal.in l.fi. de rerum diuis. Alex.cons.1.eod.vol.cons 24.2.vol. & potest rescindere sententiam quæ transiuit in rem iudicatam. Abb.in c qualiter & qñ. col.2.de re iud. modo dicat, non obstante tali sententia.glo.in l.fi. C.sent.resc.non poss. Ang.in l.1.C.de sent.pass. & potest fortè exigere iuramentum fidelitatis ab Episcopis tenentibus feuda ab eo. Abb.in c.veniens. de accusat. & in damnatione facta ab eo venit ius accrescendi, licet aliàs in contractibus non veniat. l.si mihi, & Titio. ff.de verb.oblig. l.vnica. C.si liber. imper.soc. sine hæred. dec. lib.10. Cyn.in l.vnica.C.quando nõ pet.part. qui & transfert dominium sine traditione. Ang in l.officium. ff.de rei vendic. Alex.cons.3.5.vol.Ias.in l.traditionibus. C.de pact.vnde si vẽdit rem, vel donat duobus diuerso tempore, & secundo eam tradidit, primus tamen erit potior. Ias.in l. quoties.col.9. C.de rei vendic. nisi apponatur clausula, non obstante concessione alteri facta. Bart.in l.1.C.de locat.præd.ciu lib.11. quod procedit in priuilegijs, quia censetur in contractibus procedere de iure communi, nisi dicat se intendere transferre dominium sine traditione.l.fin.pen.vbi glo.C.de sacr. san.eccl. cui etiam causa spiritualis potest committi à Papa, etsi is sit laicus. glo.in cap.valdè.94.dist.in cap. decernimus, vbi Doct.de iudic. & omnis contractus cum eo celebratus habet naturam contractus bonę fidei. Curt.cons.49.73.col.2. & vbi seruitiũ debet fieri

personæ Principis, non per substitutum, sed per se fieri debet, nisi de eius consensu. l. si quis ex corpore C. de murireleg. lib. 11. & donatio facta à priuato in eũ non eget insinuatione. auth. item. C. de donat. qui & potest de plenitudine potestatis auferre feudũ vassallo, qui tamen tenetur ei ad interesse, si non adsit causa. Bald. in c. 1. in c. ad hoc. sub tit. de allod sub vlt. q. & potest omnem dilationem abbreuiare, etiam sine causa. Anch. Imol. in cap. ex ore sedentis. de his quæ fiunt à maiori part. cap. & potest in suo territorio creare nouam dignitatem. Luc de Pen. in l contra. C. de re milit. vlt. priuil. & eius palatia non sunt ædificijs coarctanda. l. quicunque. in princ. C. de operib. publ. qui & potest alteri stipulari. glo. in procem. decretal. verbo, seruus. & potest de ciue facere forensem ob suum delictum. Bal. in l. si quis filium. C. de lib. præt. & valet donatio ab eo facta filio existenti in potestate. Bal. in c. 1. §. item sacrã. col. pen. tit. de pace iuram. fir. nec in illis habet vsumfructum. l. multa. C. de bonis, quæ lib. & eius authoritas est in causa, vt præsumatur bona fides. Bald. in l. 1. C. de furt. & deportatum priuat, vt non succedat liberis, libertis, & parentibus, quem si restituit ad omnia restituit. l 1. in fi. ff. de bon poss. con. tab. l. 2 §. si deportatus. ff. de bon. lib. & solus per suum decretum ligat ignorantes. c. 1. de conc. præb. in 6. Archid. in c. si apostolicæ. de præb. in 6. & solus potest tollere citationem de potestatis plenitudine. Doct. in c. in nostra. de procur. Bal. in l. fi. C. de fruct. & lit. exp. etiam sine clausula, de plenitudine potestatis, ex causa. Curt. cons. 49. qui & difficilibus finem imponit, faciendo factũ pro non facto haberi, scitum pro non scito, quò ad effectũ, cum ad præteritum non sit potentia. §. quia igitur. authen. de instr. caut. & fide. cap. is qui. de spons. clem. 1. de concess. præben. Curt. d. cons. col. 19. qui & dicitur velut diuinare. Prou. 16. Curt. d. cons. col. 21. nec ei potest lex imponi in suo regno. idem cons. 65. col. 6. & vt

mentiri

mentiri Deo, & Papæ est sacrilegium. glo. in c. serpens. de pœnit. dist. 1 sic & Principi. Luc. in d. l. cōtra col. 51 C. de re milit lib. 12. & tempore necessitatis potest disponere de subditis, & bonis regni: vt 1. Reg. 8 Luc. de Pen. in l. 2. C. de quibus mun. vel præstat. nemi. lic. se excus. si sit Rex. Bal. in l. 3. C. ad Treb. comites tamen aliiq; Principes Regibus inferiores non habent talia iura regalia, nec potest Rex eis id concedere, & ea exercētes possunt illi inhiberi à supremo Principe. Luc. in d. l. cōtra. col. 7. in l. an Respublica. C. de iure Reip. lib. 11. Nec ei est maledicendum. Exo. 22. l. vnica. C. si quis Princ. maled. & dicitur sponsus, ac caput Reipublicæ. Luc. de Pen. in l. quicunque. col. 3. C. de omni agro deser. li. 11. qui & potest impetrare, vt in eius aulis, vel cubiculis eius filij baptizentur. Zab. in clem. vnica. §. 1. de bapt. qui & solus potest conferre honorē, licet sit præmium virtutis, cui vult. Luc. de Pen in l. nemini. C. de consulib. lib. 12. & est dominus omnium rerum sui regni. l. bene à Zenone. vbi glo. C. de quadr. præscrip. scilicet in necessitate; qui & potest facere seruari quod iure nō valet, apud subditos. Abb. in l. cunctos populos. C. de summa Trin. & facere quòd priuilegium suum valeat, vt ius cōe, apud omnes. Doct. in l. fin. C. de iure dominij impet. & quòd munera quæ sunt extraordinaria sint ordinaria. Cald. cons. 7. in rub. de constit. cuius præcepto sub mortali est obediēdum. c. 1. de maior. & obed. qui & præsumitur scire consuetudines vulgatas Bal. in l. 2. in fi. C. quæ sit longa cons. & potest dare rescriptum, cum clausula non obstante, separationis, desertionis, & appellationis. Bal. in l. impetrata. in fin. C. sent. resc. non posse. vt sic appareat de eius intentione, cuius authoritas etiam in omni actu intelligitur excepta. Ias. in l. fi. ff. qui satisd. cog. Corse. de potest. reg. q. 11. & ad eum spectat custodia ecclesiarum vacantium maiorum. arg. c. generali. de elect. in 6. Io. de Selua tract. benef. 2. p. q. 23. col. 8. quo scilicet

cet ad defensionem, non ad administrationem, & statur soli verbo eius ob excellentiam dignitatis. c.nobilissimus.96.dist. Corset.d.loco q.88. & eius sententia potest per eius scripturam suo sigillo signatam probari etiam si lata sit ad eius vtilitatem. Bal. in l.exemplo. C.de probat. & eius verbum debet esse firmissimum. Innoc.in c.ad apostolicæ.de sent.& re iud.& quod dependet à sola eius voluntate, apud nos dicitur impossibile.l.apud Iulianum. §.fi.ff.de leg.1. qui & potest, vt supra, minuere numerum officiariorum. Bart.in l. comperimus.C.de proximis sacr.lib.12.modo nõ afferat præiudicium iam electis, & restauratio murorum ciuitatis iam destructæ non potest fieri eo inconsulto. l.sacra.§.fi.de rerum diu.vbi Bar.& potest fortè cognoscere pro re ecclesiastica ad illius fauorem l.vniuersæ. C.de fundis rei priu.li.11. & si quis accipit rem in emphyteusim ab officiali Principis nõ tenetur ad tributa præterita.l.hi quos. C.de fundis rei priu. lib.11. cum tamen secus sit si accipit à priuato.l.Imperatores.ff.de publ. & emphyteotæ Principis nõ debent extraordinarijs muneribus fatigari.l.patrimoniales. C.de coll. fund.patr.li.11.&Abb.& Bal.in c.quod sicut.de elect. Io.de Selua loco cit.col.6.ver.2.dicit,quòd in electionibus prælatorum debet requiri consensus Principis, & si eligatur ei suspectus,quòd potest appellare,& ante confirmationem potest conqueri si dubitet de proditione patriæ,vel reuelatione secretorum;primum tamen putarem non procedere,nisi habeat ius patronatus;qui & solus dat saluamguardiam.l.fin. C.de erog. mil.ann.lib.12.l.2.C.vt nemo priu.tit. nec potest vlla communitas etiam habens cõmunem bursam,se congregare,& disponere pro vtilitate suæ ciuitatis sine licentia Principis. Ioan.Fab.in §.vniuersitatis.Instit.de rerum diu.Bar.in l.fi. ff.de colleg.illic.in l.actor. ff.rē ratam haberi.Nec licet coram eo stare,nisi cum habitu honesto,gestu decenti,& verbis compositis. Alb.de

Ferra.

Ferrã.tr.de horis cano. qui & poteſt facere numerare ſuum populum. 2. Reg. 24. glo. in l. 1. C. de apochis pu bli. & ſi concedit ſecuritatem ob debita, id non extenditur ad debitum proprium, niſi exprimatur. § publicorum. auth. de mand. Princ. & ſi quis ſoluit camerario, vel theſaurario eius, non liberatur, niſi quatenus camerarius eſt ſoluendo. l. ſecuritates. C. de ſuſcept. præp. & arcar. lib. 10. & ſi quis ponit ſigna Principis in domo ſua, vel bonis, videtur illa incorporare dominio Principis. Bar. in l. facultas. C. de iure fiſci lib. 10. Nec cõſeruator priuilegiorum laicorũ poteſt eſſe de ſubditis, niſi ſit Rex. c. hac conſtitutione. de offic. deleg. in 6. nec priuilegium, ꝙ quis excommunicari, interdicive non cenſeatur, extenditur ad Reges, niſi exprimatur, etiam ſi ſit ſententia ordinarij. c. ne aliqui. de priu. in 6. qui & ſolus poteſt portare veſtes deauratas oloberas. l. auratos. l. velleiani. l. temperent. C. de veſtib. olo. lib. 11. & idem de ornamentis equorum cum gemmis, cuius cor dicitur etiã eſſe in manu Dei. Prou. 21. l. inter claras. C. de ſumma Trin. qui & pro vtilitate publica poteſt capere bona alicuius cũ pretij ſolutione. Luc. de Pen. in l. 2. C. vt ruſticani ad nullũ obſeuoc. lib. 11. cum promiſſione ſoluendi intra quadriennium. l. fin. C. de quadri. præſcr. is tamen tenetur ſtare contractui per eum inito. ci. Bal. in l. digna vox. C. de legib. Iaſ. in l. ſi ciuitas. ff. ſi cert. pet. Alex conſ. 101. 2. vol. Felin. in c. quæ in eccleſiarum. col. 21. de conſtit.

Quintò, priuilegiatur Princeps, maximè Imperator, & Rex in corona, quæ ei datur pro gloria, vel virtute gloriæ, quod & diadema dicitur, ſine quo nemo Regem ſe debet nominare. l. 1. C. de athl. lib. 10. Luc. de Pen. in l. vnica. C. de reis poſtul. lib. 10. quod & in veteri lege eſt ſeruatũ. 2. Reg. 12. 2. Paral. 20. Eſther 7. & Imperator accipit tres coronas, vnam ferream ab Archiepiſcopo Aquiſgrani, ad denotandum, quòd vincere debet rebelles, & infideles conculcare, aliam ab

Archiepiſcopo Mediolani argenteam in villa Mondinenſi, ad denotandum, quòd mundus eſſe debet: tertiam auream à Papa in Eccleſia ſancti Petri ad altare ſancti Mauritij, ad denotandum eum potentia, & iuſtitia alios debere excellere: vt dicit glo. in clem. 1. de iureiur. Alber. in ſuo dictionario, verbo, Corona; qui rationes alias miſticas ad id aſſignat. Sceptrum etiam ei datur, quod ſignificat iuſtitiam, quæ in eo lucere debet. c. Coſtantinus. 96. diſt. c. regum. 23. q. 5. Corſet. de poteſt regia. q. 31.

Sextò, priuilegiatur, quòd eſt honorandus. l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. de iactu. l. bene. C. de quadr. præſcr. & ei obediendum. c. quæ contra. 8. diſt. ad Titum 4. Rom 12. Eſdræ 3. 4. & pro eo orandũ. Baruch 1. Luc. de Pen. in l. fi. col. 8. C. de loc. præd. ciu. lib. 11. de quibus tract. de Subditis, & in ſumma; eius poteſtas nullis terminis coarctatur. Luc. de Pen. in l. quæ contra. C. de re milit. lib. 12. & eius fiſcus multis gaudet priuilegijs, de quibus Franciſcus Lucanus tract. de priuil. fiſci. in cæteris videnda, quæ dixi cap. præced. & refert Boſius d. tract. de priuil. fiſci.

Septimò priuilegiatur, quòd viæ publicæ ſunt ſub eius poteſtate. §. 1. tit. quæ ſint regal. in lib. feud. quæ dicuntur, & militares, vel regiæ, à priuatis, & vicinalibus diſtinctæ. l. 2. §. viarum. ff. ne quid in loco publ. & §. viam. ead. l. quæ ideò non poſſunt occupari, nec arctari ſub pœna ſacrilegij. l. via. ff. ne quid in loco publ. vel quinquaginta librarum auri. l. qui ſine. C. de op. publ. nec poſſunt concedi priuatis ſine Principis mandato ſpeciali. Bald. in rubr. C. de contrah. empt. vnde inuenta in via publica, & habita pro derelicto ad Principem pertinent. l. 3. §. nerua. ff. de acquir. poſſ. ſaltem quò ad medietatem, cum alia ſit inuentoris. arg. §. theſauros. Inſtit. de rerum diuiſ. vt examen apum errans in dominio, domini territorij eſt. Faber in §. examen. Inſtit. eod. vt & bona quæ domino carent, ad Principẽ perti-

pertinent, & vbi quis decedit sine hærede. l.1.3 & 4. C.de bon.vac. lib.10. de qua re latè dixi tract.de Dominio, & de vltima Voluntate.

Octauò, flumina nauigabilia, & portus sunt de iure Principis.c.vnico.tit.quæ sint regalia.l.4.§ fi.de rerum diuis.§.fluminum. Instit.eod. & sic etiam itinera publica per aquam publicam, & vectigalia inde prouenientia, & redditus piscationum. d.c.vnico.l.inter. §.fin.ff.de verb.sign.vt & omnia publica per Principē dispensantur, modo quo dixi tract.de Dominio rerum.

Nonò, priuilegiatur, quòd solus potest monetā cudere, vel alijs id concedere, & ei prætium statuere à subditis sub pœna criminis læsæ maiestatis sequendū. d.c.vnico. quæ sint regalia Guid.Pap.decis.498.l.1.& fi.C.de vet.numism.pot.lib 11. vt & pœna eadem incurritur si quis suo nomine monetam fabricet iniussu Principis, alteret, falset, radat, & tingat. Io.Fab.in authen. hoc nisi. C.de euict.

Decimò, quòd solus potest regulariter fisco bona addicere, quæ eius iuris sunt. l.prohibitum. C.de iure fisci.auth.bona. C.de bon.damn.id enim est de maximo imperio Bald.in c.1.de pace tenen.& si sit crimen læsæ maiestatis Principis, bona damnati etiam si sit sub feudatarijs, pertinent ad Principem supremum, vt læsum, in alijs criminibus ad dominum feudi. Guid. Papæ decis.76. & 341.

Vndecimò, ius constituendi magistratus ad solum Principem pertinet, vel eos confirmandi. Exo.18.§.iudices.de pace tenen.lib.2 feud.tit.5 7.l.1.§.1.de offic. præf.vrb. §.interim. auth.de defens ciuit. vnde Rege mortuo, magistratus à successore sunt confirmandi in Gallia, & alibi.

Duodecimò, solus potest leges condere, explicare, & abrogare.l 1.& fi.C de legib.l.leges.eod.vnde & potest cōcedere veniam delictis, & gratiam pœnæ, quod alijs non licet, cum solus habeat vitæ, & necis potestatem,

tem,qui & ideò poteſt ex cauſa indulgere,proſcriptos reuocare, & bona adimenda relinquere. tit.de abolitionibus,& de generali abolit. quod tamen ſine graui cauſa in delictis atrocioribus,non eſt par,vt fiat.

Decimotertiò,ſolus poteſt legitimare ſi ſuperiorem non habet.c.per venerabilem.qui filij ſint leg.l.qui in prouincia §.1.de ritu nupt. inferior non poteſt niſi habeat facultatem à Principe ; qui tamen non poteſt iure cogere, vt ſubditæ eius arbitrio matrimonio locentur. ex Trid.Conc.ſeſſ 24.de reform.Matr c.9. c.nullus.36.q 2 qui tamen curare poteſt , vt matrimonia, vt oportet fiant, modo accedat conſenſus partium, & parentum,& par ſit conditio,vnde apud Aſſirios voce præconis puellæ nubiles à Triumuiris matrimonio locabantur: vt dicit Cælius Rodig.lib.18.c.34 & Samnites etiam id curarunt : vt dicit Strabo. lib.5.S. bell. lib.3. & Romani quibus matrimoniorum cura fuit. Gell.lib.1.c.6.Valer lib.2.c.4. modo,vt ſupra, matrimonia ſint libera.c.gemma.de ſponſ.

Alia etiam ſunt multa priuilegia,quibus Principes fruuntur, de quibus Ludouicus Boſius tract. proprio de priuil.Principis latè agit;qui tamen cauere debent ne regia poteſtate abutantur,cum obiectum Regis ſit quod eſt honeſtum, Tiranni quod placet,vt dicit Ariſtot.lib 5.Polit. & Sen.lib.3.de benef.c.37. & proinde abſoluta poteſtate vti debent ad iuſtitiam æquo,& bono temperandam; nõ autem vt ea abutantur, cũ poſſe dicamur,quod iuſte, & honeſtè poſſumus, & ſecus agendo peccent contra Dei ordinationem . Rom.13.c. ſcelus.2.q.1. cum non omne quod licet honeſtum ſit . l.non omne.l.ſemper ff.de reg.iur. eſt enim aliquid quod non oporter, etiam ſi liceat, vt dicit Cic.pro Balbo. & digna eſt vox Principe, vt putet, licet legibus ſit ſolutus , ſibi non licere quod non licet priuato: vt dicebat Anthemius Cæſar in Nouella , de bonis vacantibus. Theodoſius, & Valentin.in l.fin. de appellat. in Cod.

Theodos. l.digna vox. ff.de legib.imò minus id debet putare sibi licere, exempli gratia, vt ait Simmachus libro 2, epist. 13.

SVMMARIVM.

1 Principi inesse debet eminens virtus, & quare.
2 Virtutes quæ præsertim in Principe requirantur.
3 Prudentia, & fortitudo Principi inesse debent, cur, & quomodo.
4 Princeps debet nosse mores subditorum, & quare, & vires suas, vulgi mores, & alia.
5 Historia cognitio vtilis est Principi.
6 Literarum scientia est Principi vtilis, & quæ præsertim, & doctos idem amare, & fauere debet, & eorum opera vti.
7 Eloquentia Principi vtilis est.
8 Prudentiæ capita quæ Princeps obseruare debeat.
9 Consilia qualiter adhibenda.
10 Nouitates à Principe vitandæ.
11 Fortitudo Principi inesse debet, cur, & quomodo.
12 Religio Principi inesse debet, cur, & quibus modis eam ostendere, & amplecti debeat cum præclaris exemplis.
13 Fidei obseruatio Principi inesse debet.
14 Magnanimitas Principi inesse debet, & cur cum præclaris exemplis.
15 Temperantiam Princeps amplecti debet, cum præclaris exemplis.
16 Princeps leges custodire debet, cur, & quomodo.
17 Virtutes in Principe, vt augeantur.
18 Liberalitas à Principe exercenda, & qua mensura.
19 Iustitia à Principe exequenda, quot modis, & qualiter.
20 Modestia Principi inesse debet, cur, & quibus in actibus.

Fides

De

De virtutibus, & qualitatibus Principem firmantibus, & decorantibus. Cap. VI.



T Princeps rectè, & Christianè populos regat, & dominium tueri, ac ampliare valeat, cum Principatus debeatur viris virtute præstantibus, siue sit politia Regalis, siue optimatum status, siue Respublica, constat virtutem eminentem in Principante inueniri debere, cum se habeat ad subditos, vt cor in animali, & Deus quodã modo in vniuerso, vt ad illos virtutes diffundat, & vt pater eorum bono prouideat, alia si quidem virtus requiritur in nauta, & architecto, alia in inferiori ministro, sic præclarior virtus in Principe, quàm in subditis exigitur, vt enim apes æstiuo tempore grana in cauernas deferunt pro futuræ hiemis necessitate, sic Princeps subditorum incolumitati incumbere debet, & vt necessaria eis non desint; & vt nauta propriũ non euitat periculum, vt communi saluti in ea extantium prospiciat, pari ratione dominans, & ciuis, vt communitas salua existat, omni arte, ingenio, viribus, industria, ac diligentia vti debet, vt eam ad portum tutum deducat, quæ absque virtute peragere nõ valebit; quo fit vt virtus Principi, & sui ipsius gratia, & Reipublicæ summè sit necessaria, sui causa, decorum est enim vt virtute emineat, qui & dignitate micat. Vnde Cirus apud Xenophontem lib. 8. Pædiæ Ciri, non censebat cuiquam conuenire imperium, qui non melior esset ijs quibus imperaret, & Arist. idem censet lib. 7. Polit. cap. 10. cum & omnia dicta, & facta Principis, rumor excipiat, vt dicit Seneca lib. 1 de clem. nec magis ei q̃ Soli latere contingat, & vbi non est pudor, cura iuris, sanctitas, pietas, fides, ibi instabile sit regnum, vt ait Tacit.

1 Virtus eminens Principi inesse debet, & quare.

Tacit.lib.1.hist. Dominiisi quidem cuiuslibet fundamentum præcipuum in obedientia subditorum Principi præstita consistit, quæ in Principis virtute fundatur, vt enim elementa, & corpora inferiora motui cœlestium sphærarum ob ipsarum naturæ nobilitatem, absq; repugnantia obediunt, sic populi libenter se illi subijciunt, in quo eminens virtus micat, superiori .n. virtute nemo parere dedignatur, sed qui par ei sit, vel inferior, vt ait Liuius. Vinculum fidei est melioribus parere, & Dionisius, æterna naturæ lege receptũ est, vt inferiores præstantioribus pareãt; Reipublicæ quoque causa virtus Principi eminens inesse debet, nam ille Reipublicæ status optabilis, & firmus est, in quo & priuatim sanctè, & innoxiè viuitur, & publicè iustitia, ac clementia vigent; vt ait Polib.lib.6.& Plato Alcib.1. dicit, si Rempublicam rectè laudabiliterq; instituas gerere, virtus tibi cum ciuibus communicanda est, & facilè homines bonorum imperium sustinẽt, & quales in Republica Principes sunt, tales soleant esse ciues, regis enim ad exemplum totus componitur orbis, ait Claudianus, quicquid enim faciunt Principes, præcipere videntur, vt dicit Quint. declam.4. & Velleius lib.11. vnde & vitia non solum ipsi Principes concipiunt, sed etiam in ciuitatem infundunt, plusq; exemplo, quàm peccato nocent, vt Cicero inquit de Legib. lib.3. & vt ad prosperam nauigatiõnẽ opus est bono, & perito gubernatore, sic & in Principe virtus ad Reipublicæ bonum requiritur, vt dicit Philo lib.de charitate.& Laertius.lib.7.ait, bonũ esse debere Principis eruditorem, cùm non ipsius tantum, sed totius populi sit eruditor, vt qui eum semper imitari studeat: vt dicit Tac.lib.3.annal.nu.181.quod verò dictum est virtutem eminentẽ in Principe esse debere, nõ intelligitur ex parte ipsius virtutis, quæ cum consistat in medio, non recipit maius, vel minus; sed ex parte subiecti, quorum vnus est aptior alio ad attin-

gendum

gendum medium, vel ob maiorem assuetudinem, meliorem dispositionẽ naturæ, vel perspicacius rationis iudicium, vel maius gratiæ donum: vt inquit D. Tho. 1.2.q.66. art.1. cum & dentur aliquæ etiam virtutes morales exemplares, politicæ, purgatoriæ, & animi purgati, vt idem dicit 1.2.q.61.art.5. & ẽt dentur virtutes heroicæ, vel in summo, quæ apud Theologos dona Spiritus sancti dicuntur. Hæc verò eminentia virtutis in Principe absoluta esse deberet, ita vt in omnibus virtutibus mediocritatis terminum excedat, qualis fuit in Constantino Magno, Constante, Gratiano, Theodósio primo, & secundo, Iustino Imperatoribus, & aliis, vel saltem in aliquibus earum eminens sit, maximè quæ magis Principem decent.

Et licet omnes virtutes in Principe requirantur, vt bonus simpliciter sit, attamen aliquæ sunt quæ specialim in bono Principe præcipuè requiruntur, quibus & amabilis, & venerandus populis redditur, quæ duo ad Imperij soliditatem requirũtur; amorem, & beneuolentiam conciliat, humanitas, clementia, liberalitas, mansuetudo, & iustitia, quibus hominibus beneficia præstantur: venerandum reddunt, temperantia, religio, fortitudo, constantia, ingenij præstantia, literarum eminens possessio, prudentia, potentia, quibus fides, & honor Principi libenter, & promptè defertur, & in animum inducunt eum omnia populi gratia, & in ipsius bonum peragere, vt docet etiam Cic. lib. 2. Offic. Authoritas enim, & maiestas in Principe, est veluti anima regni, efficiens, vt tot homines vni sæpè seni, & inualido obediant, vt dicit Sen. lib. 1. de clem. cum vires Imperij in consensu obedientium sint, vt dicit Liuius lib. 3. 2 *Virtutes præsertim in Principe requirantur.*

In primis verò dominanti prudentia inesse debet, & fortitudo, tum vt prospiciantur peragenda, & vitanda, tum vt obuiantia vi adhibita repellantur; est siquidem prudentia Principi velut oculus opem præ- 3 *Prudẽtia, & fortitudo Principi*

inesse debet, quare, & quomodo.

ſtans, fortitudo vt manus, ſine qua oculus velut cæcus redderetur, & ſine hac impotens, prudentia conſilium miniſtrat, fortitudo vires, illa iubet, hæc iuſſa perficit, illa difficultates proſpicit, hæc illas frangit; Et quia prudentia ſine cæteris virtutibus moralibus ſtare non poteſt, cum in ea vt in medio ipſæ connectantur, fortitudo ſiquidem ſine prudentia temeritas extat, prudentia ſine iuſtitia caliditas, atque aſtutia, ac malitia, temperantia abſq; fortitudine vilitas, & abiectio animi, iuſtitia abſque temperantia, crudelitas, iuſtitiæ pariter, quæ humanæ ſocietatis eſt firmamentum, coniuncta eſt innocentia, ſinceritas, amicitia, cõcordia, & humanitas, quæ Principi maximè ineſſe debẽt, vt inquit Plato ep 4 ad Dionisium; ideò aliæ virtutes ab ea diſiungi non valent, cum & prudentia, quæ eſt recta ratio agibilium, ſine iuſtitia eſſe non poſſit, quia pro loco, & tempore ius ſuum cuiq; tribuit, nec ſine temperantia, quia ad tempus abſtinet ab abſtinendis, nec à fortitudine, quia, cum oportet, aggreditur fortiter, & reſiſtit, & in periculis immota perſiſtit, prudentia itidem cum ſapientia, & rerum ſcientia tum in bello, tũ in ciuitate agendarum, tum in iuſtitia adminiſtrãda, iuncta eſſe debet in dominante, non enim Principis digna vox eſt, dicere, non putaram, quia, vt Sap.6. habetur, melior eſt ſapientia, quàm vires, & vir prudẽs, quàm fortis, vires enim corporis, & potentia temeritate nonnunquam ciuitates, Reſpublicas, & Regna amiſerunt, prudentia verò conſeruantur, vnde Eccl.10. dicitur, Rex inſipiens perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabuntur per ſenſum prudentium. & D. Bernar. lib 1. de conſid. ad Eugenium, dicit, Simia in bancho eſt Rex fatuus in ſolio, ſine prudentia enim imperium nedum infirmum, ſed ferè nullum exiſtit, nec ſine ea potentia quicquam prodeſt, vis enim, conſilij expers, mole ruit ſua, ait Horat. Odæ 3. nec eſt diuturna poſſeſſio in quam gladio inducimur, vt inquit Curtius

tius lib.8.& Isocrates ad Dæmonicum, vnde & Valer. Flacc.4. Argon.dicit, non solis viribus æquum credere, sæpè acri potior, sapientia, dextra, homo enim cum animal sit morosum, maiori est arte tractandum: vt dicit Sen.lib.1.de clem.& omnibus animātibus facilius sit, quàm hominibus imperare: vt dicit Xenoph.lib.1. Pædiæ Ciri circa principiū,& mens vna sapiens multorum vincat manus, teste Euripide, & multa natura impedita, consilio expediantur, vt inquit Liuius 11. hist. vt enim superiora lumina tegūt inferiora omnia, & Dei ordine vires suas per omnia tempora immittunt; sic Principes mundi lumina suo splendore scientiæ,& doctrinæ, cum vigilantia, & charitate, subditos illustrare, erudire, regere, augere, conseruare, & defendere debent, ad quæ prudentia magna est opus, vt .n. alia animalia domari non possunt sine aliqua arte, sic rectè gerere Principatum, vt est omnium pulcherrimum, sic omnium difficillimū, cum nullum animal sit morosius, vel maiori arte tractandum homine: vt dicit Sen.lib.1.de clem. vt supra;& seruitutis impatiens, ac indomitus in nullos magis insurgit, quam in eos quos in se imperium affectare sentit: vt dicit Xenoph. d.lib.1.Pædiæ Ciri, ideò prudentia est opus, cum nemo equum ferocem agitet, nisi prius regendi modum didicerit,& vt Saturnus summus planetarum tardissimè circumagitur, sic Princeps summus hominum omnia maturè, & circumspectè agere debet.

4 *Prudentia vt exercenda à Principe, in cognoscendo mores subditorū, & vulgi, et vires pprias, ac alia.*

Hæc verò prudentia cum sit rerum singulariū, quæ notæ homini per vsum fiunt.6.Ethic.c.8. difficilis admodum est, vt à quoquam plenè possideatur, cum res singulæ infinitæ sint, nec singularium, sed vniuersaliū sit scientia,& præcepta finita, ac certa esse debeant, vt inquit Sen ep.95. ideò à Deo petenda, vt Salomon fecisse legitur. 3.Reg.4. ad quam etiam prudētiam vsus maximè iuuat, memoria,& doctrina, vsus enim efficacissimus est rerum omnium magister,& experimen

G 2 tis

tis optimè creditur, vt Liuius ait lib. 17. & 26. & Cic. lib. 1. de Oratore, qui vsus cum ætate venit senis ab annis, & rerum experimento: vt dicit Ouid. li. 6. Metamorph. ob id vtile erit in negotijs assiduè versari, mores hominum considerare, vt ita discatur qualiter sint regendi; maxima est enim Principis virtus nosse suos, & finitimos, vt Martialis ait, & Tac. lib. 7. Ann. cum varient ingenia, & aliæ gentes iracundæ, aliæ audaces, aliæ timidæ sint, aliæ in vinum, vel Venerem procliues; quæ enim gentes inter meridiem, & Aquilonem degunt, alijs ingenio præstant, & virtute, Septentrionales fortes sunt, sed consilio vacui, Meridionales consilio præstantes, sed viribus destituti, primi animo candido, & simplici decorãtur; hi callidi, & versuti, Orientales natura facili, & tractabili, & corporis præstantia præstant, Occidentales verò ad feritatem declinant, qui incolunt regiones à vẽtis impetuosis agitatas, moribus inquietis, & turbulentis vigent, qui verò tranquillas, tranquilli & animo sunt. Montium incolæ feritatem sapiunt, vallium mollitiem; vbi regiones steriles sunt, industria viget, & diligentia, in pinguibus otium, & delitiæ, littorum incolæ ob varietatem mercatorum callidi sunt, terræ à mari remotæ incolæ sinceri & puri; quæ secundũm sensus inclinationem dicta intelligantur, cum aliàs homo voluntatis dominio illas animi inclinationes ad bonum, vel malum deflectere possit, quæ tamen Principem prudenter considerare conuenit, & expedit, cum quos non nouit, regere is non valeat; hac eadem prudentia consideret Princeps vulgi naturam, qui incertus est, & instabilis, affectus ponens, & fumẽs, vt ait Cic. orat. pro Murena, & Tac. lib. 1. hist. Iudicio carens, eodem teste, non delectu ad agendum motus, sed impetu, & temeritate, vt inquit Cic. pro Planco, carens consilio, ratione, discrimine, diligentia, vt ibi dicit, ex opinione multa, ex veritate pauca indicans, vt dicit Cic. pro Roscio, natus pluriũ

opi-

opinionem sequi, vt dicit Sallust. ad Cæs. & Sen. lib. 1. de beata vita; alienæ inuidens fœlicitati, vacuus curis. Tac. lib. 2 hist. prauo studio, deteriori, & infirmiori fauens, teste Liu. lib. 42. ad suspitiones pronus, vt dicit Tacit. loco cit. & 1. Annal. facilis ad credendum, & suscipiendum omnia noua maximè tristia, audita pro compertis habens, vt idem dicit 2. hist. & 1. Annal. res augens, & pro certis narrãs, eodem teste 1. hist. cõprimi difficilis, vt idem dicit 12. hist. nouitatum cupidus, eodem teste 1. hist. & Sallust. in Iug ingenio mobilis, seditionum, ac discordiarum cupidus, & nouarum rerum, quieti & otio aduersus, & si sine rectore est, præceps, secors, & pauidus, vt dicit Cic. pro Cluētio. & Tacit. lib. 9. hist. ita vt Principibus amotis nil audeat, vt idem dicit 1. Ann. fauens feruidis, & abruptis, neglector Reipublicæ, vt is ait 1. hist. verbis ferox, eodẽ teste 2. hist. sed nil vltra verba audet, vt idem dicit 12. hist. & metu, vel spe nimius, testimonio Liu. lib. 23. quibus cognitis Princeps prudens eorum infirmitatibus congruas medicinas poterit applicare, & sciet quorum opera tum in bellicis rebus, tum in consilijs vti debeat, hac etiam prudentia debet metiri vires suas, & nil supra vires regni tentare, vt dicit Lucianus lib. 8. & ob id, quod bonum est, quò ad fieri potest est sequẽdum in omnibus, & quod malum fugiendum, & emendandum ab eo, recordando præterita, ordinando bene præsentia, & de futuris bene prouidendo, vt dicit Sen. lib. de quatuor virt. Deut. 32. præsentia .n. regulari debẽt secundùm præterita, considerando quid in illis bene, vel malè successerit, laudatum, vel reprehensum sit. c. mandata. de præsumpt. l. 1. §. nam &. de iust. & iure. l. exigendi. §. si de procur. vt & futura prospici debent, dum nauis est in tuto, vt dicit Terent. in adelphis. consulendo, leges condendo, & necessaria parando.

Memoria verò præteritorum, quæ ex historia acquiritur, prudentiam perficit, cum historia sit lux veri- *Historiæ cognitio vtilis est Principi.*

veritatis, & vitæ magistra, vt ait Cic.lib.2. de orat. & Plut.in Timoleonte,& ideò ad consilia,& ciuilem administrationem vtilissima est, vt inquit Polib.lib.1.& Arist.lib.1. Rhet.c.5. cū multa videantur facilia quæ executioni tradantur, & tamen vbi ad experientiam deuenitur,impossibilia cognoscūtur,quæ quidem experientia,vel ex negotijs à se peractis dignoscitur, vel oratorum,exploratorum,militum, & mercatorū ope, qui ad varios locos diuertentes, Principem in multis instruunt,vel ex historijs percipitur, aut auditione eorum qui eas tenēt,vel res varias experti sunt, ibi enim bella,gentium mores,initia, media, & fines imperiorum cum ipsorum causis cernuntur, quod ad rectam administrationem valdè conducit.

6 *Literarum scientia est Principi vtilis, & q̄ pfertim, & doctos idē amare, & fauere debet, et eorū opera vti.*

Literarum quoque scientia ad prudentiam consequendam valdè conducit, licet enim prudentia à natura quosdam impetus sumat,tamen doctrina est perficienda,vt inquit Quinct.lib.12.& Sen.epist.91.vnde beatas illas esse Respublicas, Plato ait 5. de Republ. & ep.7. vbi studiosi sapientiæ regerent, vel earum rectores sapientum consilio parerent, teste Boet.de consolat.lib.2.& Seneca seculum aureum esse ait, quando sapientes regnant, & Cic.lib.1.de offic. dicit, Regale opus esse sapere, & diiudicare, & ob id Iulius Cæsar valdè commendatur, quòd professores artium liberalium ciuitate donarit,vt promptius ciuitatem incolerent, teste Suetonio; idem cum Platone in prædictis sentit. Plut.in Plat. Cic. ad Q. Fratrem. & orat. pro Cluentio. Xenophon lib.2.& 4.de de dictis,& factis, Socr.Lamprid.in Alex.Seuero. Laertius lib.7. Iustinianus de iudicibus constit.52.& habetur Esther 1. & sermones etiam habendi coram Principe de ijs quæ ad fa-

7 cta excitant egregia. Xenoph.lib.2. Pædiæ Ciri.n.19. quæ scientia animum ad virtutem præparat, licet illā non det, vt ait Sen ep.89.idque agendum est,non tantum,vt quis sciat,sed quæ sciuit in vsum inducat, non

enim

enim paranda tantum est sapientia, sed fruenda, vt inquit Cic.lib.1.de Finibus; parum enim probantur literæ quæ ad virtutem Doctoribus nil profuerunt, vt ait Sallust.in Iugurt. imò sine bonitate noceant, cum multi sua hoc velo côtegant vitia, vt dicit Tacit.li.15. Annal.quæ ideò etiam à Principe ediscendæ sunt, vt firmior aduersum fortuita Rempublicam capescat, vt idem dicit li.4.hist.idque etiam cum modo, quia plus velle scire, quàm satis sit, intemperantiæ genus est, vt inquit Sen ep.89.non enim qui multa, sed qui fructuosa scit, sapit: vt dicit Lact.lib.2.diu.inst. & Sen.ep.107. non scholæ, sed vitæ discens: vt ibi dicit. Maximè verò Princeps Morali, & Christianæ Philosophiæ, atq; politicæ institutioni Christianè conscriptæ, quibus praui affectus corriguntur, & Respublica bene administratur, operam dare debet; Cumq; boni Principis sit rerum militarium notitiam perfectam habere, vt boni ducis qualitates intelligat, & militum, & eos proinde eligere norit, acies dirigere, & construere, & huiusmodi, ideò ijs eget scientijs, quæ artis militaris sunt quasi ministræ, vt est Geometria, & Architectura, quarum ope machinarū habeat notitiam, qualiter pontes construendi, tormenta bellica aptanda, vt & si horū perfectam non obtineat cognitionem, sciat tamen meliora in his à deterioribus seligere, & prudenter eorum opera vti qui has artes profitentur.

Eloquentia quoque non minus Principem decet, cum flexanima sit, & ea populos ad bonū impellere, & à noxijs auertere valeat, quæ cum manca sit absque cognitione rerum naturalium, ideò operepretium erit vt Princeps Philosophiæ naturali operam det, maximè vbi de Cœlo agitur, de corruptione, & generatione, & de rebus Meteorologicis, vt & sphæricæ facultatis. & maximè Cosmographiæ, & Geographiæ notitiā habere debet, harum enim rerum cognitio ingenium excitat, iudicium illustrat, & animum ad res magnas 7 *Eloquētia Principi vtilis est.*

capescendas accendit, vnde in Reipublicæ administratione sapientia oritur, & magnanimitas in rebus agendis, & grauitas in dicendo, qualis in Pericle fuit, Alexandro, Cæsare, & alijs, qui in arte dicendi præstantes fuere, studendo etiam vt varijs linguis eloqui sciat, vt cum externis Principibus, & eorum oratoribus tuto agere possit, vt nõ minus eum decet rerum sacrarum, & quæstionum casuum cõscientiæ, ac legum ciuilium: peritiam habere, vt in sententijs ferendis, & dominio administrando à vero non deuiet, vel saltem viros optimos, & in his facultatibus præstantes penès se habeat, quorum opera in prædictis agendis, vt suo loco dicetur, vtatur. Maximè verò iuris scientia, vt dictum est, est ei necessaria, cum sit summa artis regiæ suum ius cuique tribuere, & scire distinguere bonum ab iniquo: vt ait Socr. lib. 4. con. Xenoph. qui tamen pro loco & tempore inter æquitatem, & ius scriptũ potest temperamentum afferre, vt & leges mutare, & emendare. l. 1. & fi. C. de legib. qui & præsumitur plenus Philosophia, & oĩa iura in scrinio pectoris hr̃e. l pen C. de his quibus vt indig. l. oĩum. C. de testam. vt dictũ est sup.

8 *Prudentia capita quæ Princeps obseruare debeat.*

Et licet prudentia si. de singularibus agibilibus recta ratio, quæ infinita propemodum sunt, eam tamen bonus Princeps ad certas regulas, & capita restringere poterit. Vnde prima regula constituatur, vt iustum ab vtili regnandi causa nunquam disiungat; secunda, vt nimis ne fiduciã locet in vinculis fœderum amicitiarum, vel affinitatum, cum in rebus publicis regnandi cupido, & interesse proprij amor omnia euertant, vnde malorum initijs validis adiumentis obuius fiat, ne neglecta augeantur; & vbi malorum grauitas supra vires existat, cunctando res remoretur, temporis enim tractu res sæpè variantur, & licet in rebus deliberandis omnia incommoda euitare nõ possit, is tamen paruas etiam turbationes non negligat, ne vires sumẽdo, augeantur; tertia, vt non permittat de ijs in consilijs

agi;

agi; quibus Dominij status mutari, vel alterari res subditorum possint, quod initium fuit bellorum Galliæ, & aliarum Prouinciarum; quarta, vt vno tempore res plures magni momenti non agat, ne omnes elabantur; quinta, vt nouas prouincias non tentet, priusquam in quæsitis firmus nõ sit, vnde sapientis est Principis initio Principatus nouas res non tentare; sexta, vt cum potentioribus non contendat, nec se vno tempore à pluribus bellis opprimi permittat, ad tempus enim cedere, & grauibus oppressionibus prudentis est, quod Philippus Rex egit, qui cum à multis hostibus opprimeretur, cum potentioribus pacem inijt, & infirmioribus bellũ gessit; septima, vt subitas mutationes non tentet rerum, cum violentæ sint, & per consequens non diuturnæ; octaua, vt cum prouinciam suscepit, nõ moretur, nocuit enim semper differre paratis; nona, vt vetera nouis, quieta turbidis anteferat, nec absoluta vtatur potentia, vbi optatis, ordinaria potiri licet, cum tirannidem quandam id sapiat; decima, vt cum Rebuspublicis validis bellum nõ moueat iustũ, nisi victoria in tuto ei sit, cum libertatis amor illas sæpè inespugnabiles reddat, & ante exitũ belli Princeps bellum excitans sæpè moriatur, minusque cum ecclesia ineat bellum, cum vix fieri possit, vt iustum sit, & omnibus impium id esse videtur; vndecima, vt in electione ministrorum aduertat, vt negotijs susceptis sint pares, non superiores, vel inferiores cum superiores negotium negligant, inferiores verò oneri succumbant; duodecima, vt cum vicinis bellum assiduò non exerceat, cũ sic fiant in armis potentes, quod Turcarũ Princeps obseruat, qui cum Christianis Principibus assiduum bellum non exercet, sed modo hos, modo illos aggreditur, minusque id cum subditis naturalibus agendum est, cum ita eorum animi acerbi fiant, & si initio eorum motus vindictæ causa factus erat, temporis tractu in apertam defectionem declinat; decima-

tertia

tertia, vt ita paci non fidat, vt arma deponat, cum pax inermis, & à militibus destituta infirma sit; decimaquarta, vt sibi persuadeat rerum fœlicem euentum in celeri executione, quàm in viribus potius consistere, cum illa ex tempore feriat, hæc verò plerunque præcognoscatur; vt & prouinciæ magni ponderis longanimitate magis, quàm impetu ad optatam metam perducantur, cum longanimitas vires hostium debilitet, quos post facilius est superari; vt & nosse debet occasiones res opportunas gerendi, & eas opportunè amplecti, cum opportunè transacta res ex animo non eueniant, vnde Philippus ex discordia inter græcos extante, repentè occasionem sumpsit eos aggrediendi; quintadecima, vt executionem rerũ ei non cõmittat, qui in consilijs contrarium senserit, cum volũtas efficax esse nõ possit, vbi intellectus ei aduersatur; decimasexta, vt res matùrè examinet, executioni tñ certum modũ non præscribat, cum ex opportunitate dependere debeat; decimaseptima, vt ne sibi persuadeat posse pericula fuga vitare, sed eis se opponẽdo, & expellendo; decimaoctaua, vt caueat ne videatur nobilitati magis, quàm populo fauere, vel èconuerso, sic enim è Principe factionum caput euadit; decimanona, ne ei confidat, qui ab ipso læsus est, vel se læsum existimat, cum vindictæ cupiditas nimis vehemens sit; vigesima, vt multitudini se directo non opponat, sic enim non vincet, & cum amoris iactura id eueniet, sed tempori se aptet, & ostendat se æquo animo ferre quod euitare non valet.

Arcanorum quoque tectio ad prudentiam exercendam, & Dominij stabilitatem maximè spectat, consilia enim Principum dum occulta sunt, cuniculorũ more, maximos producũt effectus, quæ detecta vim omnem amittunt, cum hostes ea quærant impedire, vel perturbare, quod fiet si res magni ponderis nulli communicentur, dummodo Princeps tanta sit virtute preditus, vt solus ex se cõsilium capere possit, quòd si Princeps

tantæ

tantæ virtutis non sit, vel opus sit id cum aliquibus communicare, cum paucis est fiendum, & qui arcana celare norint, & prodesse negotio agendo valeant, vt & prodest multa dissimulare, quasi non sciantur, vel agnoscantur.

Consiliorum etiã ratio ad rectam administrationẽ, & prudentiam reducitur, de quo latius inferius dicetur, in qua re aduertendum, consilia illa tuta non esse quæ multum acuta sint, cũ difficulter executioni mandari possint, vt nec illa amplectenda, quæ magnificum & amplum quid, magis, quàm tutum, & facilè continent, nec illa pariter quæ immensum aliquid, & vastũ complectuntur, cui pecunia vita, nec Principis vires satis esse possint, vt nec ea sequenda in quibus audacia magna viget, cum multis periculis, & difficultatibus subiaceant, sed illa sequenda, quæ matura sint, & accidentibus minus, q̃ fieri possit, obnoxia sint, & maximè vbi de rerum suarum conseruationibus agitur, si enim de re aliqua hostium acquirenda agatur, aliquid euentui committere quandoq; expedit, consilia enim lenta eis conueniunt, qui sua conseruant, expedita ijs qui noua acquirere cupiunt, & ita, vt cautela adsit in deliberatione, audacia in exequendo; vt non minoris facienda consilia expertorum, quàm doctorum, facilè non præstando fidem nouis inuentionibus, quarum vsus habitus non sit. 9 *Consilia qualiter adhibenda.*

Ad rectum etiam prudentiæ actum spectat à nouitatibus abstinere, cũ in regimine nil odiosus sit, quàm ea immutare, quæ antiquitas, vt honorifica introduxit, à quo, præcipuè initio Dominij est abstinendum; vnde Saul postquam Rex est electus, vt homo priuatus absque præsidijs, & aula mansit, & Cæsar Augustus noluit se vocare Imperatorem, sed tantum tribunum, & ipsius decreta, iuxta veterum vsum fiebant; & vbi nouitates fiendæ sunt, sensim & quasi insensibiliter id est peragendum, ne odium in Principẽ concitetur. 10 *Nouitates à Principe vitanda.*

Fer-

11 Fortitudo quoque, quæ est velut manus prudentiæ, summè Principi est necessaria, qua aggrediatur pericula, vt oportet, & aduersaria sustineat, quæ cũ duplex sit, animi scilicet & corporis, vtraq; Principi inesse debet, vt audax sit, & bene cordatus ad egregia opera gratia boni peragenda, quæ incrementum accipit à corporis viribus, & externis auxilijs, de quibus post dicetur; quo verò ad eam quæ in corpore constat, optabile est, vt Princeps corpore rectè compositus sit, sanus, robustus, agilis, quæ arte sunt augenda, à nimia ciborũ, & vini copia abstinendo, & venerea euitando, quibus corpus exsiccatur, & languidum remanet; quæ & moderata exercitatione est confirmanda, & ludis corporis honestis, & dum Princeps aduersantibus assuescit, nempe frigori, calori, inediæ, siti, vigilijs; & vbi corpus quoque infirmitatibus grauaretur, animo nõ succumbendo, sed memoria virtutum, quæ virum Principem decent, illum erigere, & ad opera magna peragenda accendere, exemplo Vespasiani Imperatoris, qui in vitæ propriæ exitu dixit, Imperatorem stantem mori oportere, vt etiam maiorum suorum gloria non obscuretur, vt dicit Tacit. lib. 1. nu. 175.

Fortitudo Principi inesse debet, cur, & quo modo.

12 Religio verò in primis est illa virtus quę hominem venerabilem, Principem maximè verò reddit, qua erga Deum debitum cultum, & reuerentiam, & diuina exhibet, cum Dei concessu, vel permissione Princeps regnet. Prou. 8. vnde, qui alijs imperat, illum ignorare non debet à quo ipse regitur, vnde Deuter. 17. statuitur, vt Rex describat sibi volumen legis Dei, vt discat timere Deum, & custodire verba, & cæremonias eius, gloriosa enim in Deum pietas in regijs honoribus immobile est fundamentum, vt inquit Cirill. lib. de recta fide, & etiam apud Ethnicos Mellisseus Rex Cretensium commendatur ob religionem, qua Deum prosequebatur, teste Didimo in libris narrationis Pindaricæ, & Silla quòd belli tempore imaginem Apollinis

Religio Principi inesse debet, cur, & quibus modis eam ostendere, et amplecti debeat cũ praclaris exemplis.

nis in ſinu deferret, & Romulus Rex ſalutatus primũ ſacra quædam inſtituit Albano ritu, vt dicit Liu. lib. 1. & Numa ferũ populum religionis inſtitutione, & vtilibus legibus domuit, vt dicit Plin. lib. de vir. ill. cap. 2. & Rex Perſarũ ex Ciri inſtituto quotidiè multas hoſtias boum, ceruorum, & aſinorum immolabat, vt dicit Xenophon. li. 8. Pædiæ Ciri. & Cambiſes Rex Perſarum Cirum admonuit filium eius, vt nil publicum vel priuatum ageret, niſi prius ad Deum confugeret, & niſi prius eius voluntatem agnoſcat, cum mundus erroribus ſit refertus, Deus verò, vt qui ſemper vixit, præterita, præſentia, & futura agnoſcit, & inuocatus eorum preces exaudit, maximè qui religionem, & pietatem colunt, & multis ſignis eis quid agere debeant, oſtẽdit, quod Cirus ſemper ſeruauit, & poſt victorias, licet in falſa eius religione, Deo gratias egit, Xenophonte teſte; & Dauid ante ſacrificium actum nullum opus graue inchoabat. & Ariſt. li. 5. Polit. ait, Princeps. Deicola eſſe debet, quia homines magis timent eum ſi Deicolam ipſum putant eſſe; & apud Chriſtianos Carolus Magnus Francorum Rex in acie ſignum Crucis Domini noſtri humiliter deferebat, cuius virtute magnas victorias eſt conſecutus, teſte Platina in eius vita: vnde & Eccl. 12. habetur, Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo, quod licet homines omnes facere debeant, Princeps tamen præ cæteris agere debet, quia vt homo ad imaginem Dei eſt creatus, ideò vt creatura ipſum colere debet. Deut. 6. & vt Princeps quatenus plus participat de nobilitate humanæ naturæ ratione generis vnde trahit originẽ, vnde Auguſtus, cum diuini honores ei tribui vellent id vetuit, ſed iuſſit eos Deo tribui, quem Deum Sibilla Tiburtina quæſiuit inuenit, & hominem factum adorauit. Et vt Rex, quia non eſt poteſtas, niſi à Deo, cuius vices gerit in terris, & ſic ab eo pendet, vbi verò eſt dependentia in Dominio, neceſſaria eſt erga ſuperiorem

riorem reuerentia, quia per se inferior nihil est, vt in ministris curiarum regalium contingit, vnde in Apocalipsi animalia dicuntur cadere in facies suas, idest, quia à Deo irradiantur, vnde Nabuchodonosor, quia Principatũ à Deo non recognouit, in bestiam est conuersus, quatenus fœnum comedebat, &c. & Alexãder Macedo cum pergeret Hierosolymam vastaturus, & summus Sacerdos ei obuiam esset factus, equo descendens, eum vice Dei reueritus est; & etiã vt Rex, quia Reges oleo inunguntur, vt patet in Regibus Israel, qui ideò Christi dicebantur ob excellẽtiam virtutis, & gratiæ coniunctionem ad Deum, quibus præditos esse eos decebat, secundùm quam vnctionẽ consequebantur quandam reuerẽtiam, & delationem honoris, vnde & Romulus ob diuinum honorem Asylum constituit, ad quod confugientes tuti essent, & qui fuerũt etiam negligentes in cultu diuino, apud ethnicos quoque infœlicem finem sortiti sunt, teste Valer.Max. in princ.sui libri, & è cõuerso, vnde Salomon apud sacros laudatur, quòd summa magnificentia domum Domini, & domum regiam, & muros Ierusalem, & ciuitates ædificasset. 3.Reg.9. cum seq. quod contra de Hieroboam tirãno legitur. 3.Reg.c.12. vt dicit D.Th.lib.2. de reg.Princ.c.vlt. Vnde Princeps catholicus non solùm debet Deum timere, & reuereri, sed etiã diligentiam adhibere, vt à subditis idem præstetur, prohibendo blasphemias diuini nominis, sub grauibus pœnis, & ne quis à fide catholica recedat, vel magicis artib⁹, aut superstitionibus se dedat, & vt iuramenta inuiolabiliter obseruentur, dies festiui debito cultu sanctificentur, honos parẽtibus exhibeatur, & omnia demum Dei, & ecclesiæ pręcepta seruentur, &, quò ad fieri potest, peccata vitentur, ecclesias etiam magnificas ędificando, & competenter dotando, exemplo eorũ quos commemoraui tract.de Missa, sub cap.de Ecclesijs. & Christianam religionem defendendo, cum Principem

deceat

deceat pro integritate fidei catholicę esse sollicitum: vt dicit Leo ep.42.ad Mart. Augustum. l.inter cũctas. C.de summa Trin. ex quo clarissimus redditur, qui & defendere debet inconcussum contra hæreticos ecclesię statum, vt eius imperium dextra Christi protegatur, vt inquit idem Leo epist.25. & idem asserit Osorius ad Reginam Angliæ. Biesius lib.4.de Republ & D.Tho.lib.2. de regim.Princ.c.vlt. cum acceperint à Deo potestatem principaliter, vt ecclesiam Dei iuuarent, & ei in necessitatibus suis subuenirent, vt inquit Abb.in c.tua.nu.10. de decim. qui & in c.per venerabilem.'nu.9.de elect. ait Principem, qui negat auxiliũ ecclesię oppressę posse deponi, quod videtur intelligendum si sine detrimẽto sui Dominij id agere valẽt, & Martinus Viu. in suo Candel. in expos. Bullæ Cœnæ, dicit, Principes, qui ob conseruationem Dominij in omnibus Papæ non obediunt, non peccare, modo absit contemptus, & iniuria fidei. Sot.de iustit.& iure lib.1.q.6.art.4.in fin. cum probabile sit ecclesiam non velle eos cum tanto periculo deuincire, Sotus loco citato, quod procedere posset vbi dominium aliàs con seruari non posset, aliter non, cũ omnes Romano Pontifici obedire teneantur. c.vnam sanctam. de maior.& obed. in extrauag.cõmuni. Hæc verò religio in duobus consistit, scilicet in piorum dogmatum certitudine, & in bonis operibus, vt dicit Cirill.Hieros.cath.4. vel vt de Deo rectè sentiatur, & rectus ei cultus exhibeatur, vt dicit Aug.lib.1.de lib.arbit.credendo indubiè Deum esse, rectè omnia gubernantem, cui nil secretum, vel clausum est, cuius manus nemo effugere valet, vt dicit Tac.lib.5.hist. Sen.epist.84. Ouid.lib.8. Metamorph.Cic.in somn.Scip.& alia de eo, & diuinis credendo, vt alibi est dictum, ipsum proinde timendo. Psal.110.1.Reg.cap.12.& quæ à Christiana catholica Ecclesia, extra quam non est religio, credenda proponuntur.

Et

Et tanti apud omnes gentes religionis virtus semper extitit, vt Reges ipsi curam sacrificiorum magnificè celebrandorum gererent, & multis locis Principes etiam Pontificatum gessere, vt Rex Sirię, & Palestinę, vt dicit Dion.Cass.lib.37.hist. & Octauius Augustus.Suet.in eod.c.31. & Romani Regem sacrificulum crearunt, vt dicit Liu.in 2.lib.Dion.lib.5. Sic Mathusalem fuit Rex, & Sacerdos, & Samuel similiter Dux populi, & Sacerdos. Gen.4 3.Reg.15. quod Sathan in ethnicis induxit, vt sic falsas religiones firmaret, vt dicit Nicolaus Papa ep.7.ad Michaelem Imperatorem: Sic Reges Persarum sacris addicti erant, vt dicit Cic.lib.1.de diuin.& vt olim ungebantur Reges. 1.Reg.9.10.16; & 3.Reg 9.sic hodie multi non in capite, vt sacerdotes, sed in humero, quia potestas sacerdotalis est maior temporali. c.1.de sacra unct. & Romani nil graue gerebāt absq; sacrorum consilio, & qui noua imperia etiam adipisci uoluere, nouas religionū species adinuenere, ūt fecit Ismael Persarum Rex, & Seriphus Marochi Rex, inter omnes autem religionū species, ut nulla uera est pręter Catholicam Romanam, sic nulla ea magis Principibus fauet, cum eis nō solùm corpora, sed & animos subditorum subijciat, iubens discolis quoque Principibus parendum. Ex quo fit, ut Christianus Princeps omni animi affectu religionis uirtutem amplecti deceat, non uerò simulet se ita sentire, à Deo Principatum humiliter agnoscēdo, & ob id eius numini se subijciēdo, & illius nomen, externo, & interno cultu adorādo, ac debitum ei cultum pręstando, Christi Vicario obedientiā prębendo, Religiosos uiros fouendo, & eorum immunitatem conseruando, & apud populos eorum existimationem amplificando, tum eorū consilio, & opera utendo, eos eligendo qui doctrina, pietate, & prudentia prestant, tum ad mensam eos frequenter adsciscendo, & pręsentiam exhibendo sacris, & diuinis officijs, diuini uerbi prędica-

tioni,

tioni, Missæ sacrificio, & sacramenta confessionis, & communionis, populo spectante, frequenter suscipiendo, piè in Ecclesia, & alibi orando, Ecclesias construendo, & collapsas restaurando, & huiusmodi præstando, quæ religionem Principis demonstrant, vnde apud populos maiori in reuerētia quoq; habetur, hæreses, blasphemias, & omnia vitia extirpando, nec sibi vsurpando quod ad Sacerdotes attinet, bona, honores, & ministerium, vt Oziæ contigit, qui ob id est lepra percussus. 1. Paral. 26. 4. Reg. 15. & Tullus Hostilius fulmine percussus: vt dicit Liu lib. 1. Plin. 2. c. 53. hist. nat. Valer. lib. 9. c. 12. sic Anglia amisit religionem, dum quidam eius Rex voluit sibi vsurpare potestatem religionis, & se dicere caput Ecclesiæ, & Iulianus apostata, occisus est, vt dicit Niceph. lib. 10. c. 38. quod & Mauritio Imperatori contigit, vt dicit Ammon. lib. 4. de gestis Franc. c. 2. & Rotharis Longobardorum Rex, vt dicit Paulus Diac. lib. 4. c. 15. Vt contra catholici Principes à Deo adiuti sunt, & magnis victorijs potiti, vt Constantinus Magnus, Theodosius, Iustinianus, & Carolus Magnus, ac alij, qui religionem Christianam defendebant, cum optimum ab optimo defendi par sit, & ideò cum in humanis nil sit præstantius religione, oportet eam summa vi defendi: vt dicit Lactant. lib. 5. instit. cap. 20.

13 *Fidei obseruatio Principi inesse debet.*

Fidelitas etiam Principem maximè decorat, cum sit iustitiæ fundamentum, vt dicit Cic. 1. & 3. Offic. & sanctissimum humani pectoris bonū, vt ait Sen. ep. 89. vnde & Romani in Capitolio proximam Ioui illā ponebant, teste Cat. Censor. cum genus hæc, & Rempublicam tueatur: vt dicit Cic. d. lib. 3. & res pulchra sit, lingua cui fides insit, vt dicit Euripides, & pactis violatis tollatur inter homines commertiorum vsus, vt dicit Cic. orat. pro Q. Roscio; quæ nec regnandi causa est violanda, vllave alia causa, vel necessitate, vt dicit Sen. ep. 89. & turpius sit fraude lædere, quàm vi aperta, vt

H inquit

inquit Tucid.lib.4.quæ & infideli data est seruanda, vt ait Cic.d.lib.3. & etiam perfidis in alio facto, vt dicit Ambr.lib.2.offic. peierantes.n. consequitur infamia, & diuina vltio, vt inquit etiam Arist.Rhet.ad Alexan. cap 18. vnde Attilius Regulus fide data hostibus, maluit supplicium subire in Cartaginensiũ manu, quàm fidem datam reditu violare, & Alexander Macedo cum ab eo res quædam contra fidem datã posceretur, respondit, eum qui Princeps esset, non decere à fide data discedere, & Rex Alphonsus Hispaniæ, tantum valere dicebat Principum verbum ad fidem seruandam, vt priuatorum iusiurandum, vt dicit Ant.Pan. lib.1.de eius dictis, & factis apopht.58. quæ fides etiã dicitur sanctissimum humani pectoris bonum, vt dicit Sen.lib.5.de benef.c.10. & eius numen venerabile esse, idem dicit ep.88.& nil ea vehementius Rempublicam continet, vt ait Cic.lib.2.offic. vnde veteres templum ei dicarunt, vt discerent homines fidem seruare, vt dicit Halicar.in 2 cum pacta sint seruanda.l.1. ff.de constit.pec.l.illud.§.1.eod.l.ex hoc. de iust.& iur.c.1. de pact.vnde apud Aegiptios periuri capite puniũtur, vt dicit Diod.Sic. lib.6. c.6. quod magis Princeps debet, aliàs nemo cum eo ageret, quæ tamen cõtra Deũ, uel iustum non est danda, uel seruanda.

14 *Magnanimitas Principi inesse debet, & cur, cum praeclaris exemplis.*

Magnanimitas etiã Principem virum maximè cõmendabilem reddit, vnde Gneus Pompilius summè laudatur, qui cum ad Antiochum Regem à Romanis legatus esset destinatus, & is respõsum differret, is magno animo virga circulum duxit, eum adigens priusquam ex illo circulo exiret, vt responsum daret, & Lucius Posthumius, qui cum in acie vulneratus cecidisset, nocte sequenti è terra surrexit, & tropheum clipeorum hostium refertum erexit, & Alexander à Plutarco commendatur in apophtegmatibus regijs, quòd cum audiret patri omnia è voto fœliciter euenire, indoluit, quòd sibi nil reliquum faciendum relinqueretur,

tur,& Seuerus quoq; Imperator,quòd frigoris, & caloris patientissimus esset,& laborum contemptor, teste Herodiano historico.

11 Temperantiæ præterea virtus, Principem maximè commendabilem reddit,vt contra intemperantia contemptibilem facit,& sine temperantia prudentia cæca reddatur,fortitudo eneruis,& iustitia corrupta: Vnde Magnus Alexander summopere commendatur, quòd cum virginem pulcherrimam alteri desponsatam cœpisset, eam intactam ad virum cũ magnis muneribus dimiserit,teste Vegetio lib.2.de re milit. Gellio lib.6. cap.8.quod de Scipione quoque Aphricano Valerius recẽset,& Trogus de Annibale Cartaginensi. & Cirus Rex Pantheam captiuam omnium formosissimam vetuit ante se duci ne illius amore corripere ur, vt dicit Xenoph.lib.5.& 6.Pædiæ Ciri & Pericles Sophoclem collegam impensius puerum transeuntem laudãtem, reprehendit, dicens Rempublicã administrantem nõ solùm manus à pecuniȩ lucro,sed & oculos à libidinoso aspectu continentes habere debere: vt dicit Plut.in eius vita. Cic.1.offic.Max.lib.4.c.3. cum aliorum facta grauia considerentur, Principum verò etiam minima, & ii verè Reges sint, qui sua corpora bene regere sciunt,qui desideriorum motus compescunt, & subiectas cogitationes lege rationis regulant; Reges, quia sibi ipsis præsident,& se Reges sciunt, vt inquit Greg. super illud Iob c.29.Reges regibus,& consulibus terræ,cum contra crapula,ebrietas,& luxuria hæbetent, & Principem talia agẽtem coram populo contemptibilem reddant,cum sic assimiletur bruto, & facilè populi contra talem insurgunt,nõ ferentes,vt vir qui sensibus subditur,sibi dominetur, vt inquit Arist.lib.5 Polit. & quia id vitium nõ sine graui iniuria subditorum fit,maximè si erga nobiles exerceatur,ob quod Claudius Appius,& Heliogabalus, simul cum imperio vitam amisere.Liu.lib.3.Dec.1.Dio.in Heliogab.vt con

Temperantiam Princeps amplecti debet, cũ præclaris exẽplis.

tra Nicocles Rex Salaminæ, nullã præter vxorem tetigit,&Iulianus Imperator.Isocr.in Nicocle.Zonaras in Teoph. curans magis bonus esse,quàm videri,vt d. Sallust. in Catil. nunquam enim rectè fecerit qui fecisse cupit videri, vt dicit Velleius lib.2. laus enim à vera,& interna virtute est sumenda, non specie rerum inanium,vt dicit Tacit.15.Annal.cultu ideò modicus existens,sermone facilis,ore probo,animo verecundo, opum contemptor, recti peruicax, constans aduersus metũ,vnius animi cultor, qui imperator est vitæ mor talium:vt dicit Sallust.in Iug.&Tacit.4.hist.ideò Prin ceps alienis fœminis non copuletur, sed coniugio iungatur,non tamen vt vxor imperium regat, cum id indignum sit viro,& imperio.2.Polit.c.7. recolens quoque Romani imperij pernitiem fuisse pompas,& delitias,postquam enim delitiæ ex Asia Romam venerunt ab ijs victi sunt,qui prius contra ferrum erant inuicti, & alij permulti,qui ex luxuria interiere,de qua re supra,vbi de luxuria est actum, dictum est: vnde Plato. lib.2.de iusto, reprehendit Poetas qui turpia de Dijs, & eorum amoribus dicunt,quòd ea indigna sint Principibus, & subditis.

16 *Princeps leges custodire debet, et quo modo.* Legum ẽt obseruatio,maximè Principem decet,cũ satius sit Rempublicã legibus, quàm bono viro regi, vt quæ nullæ passioni obnoxiæ sint,vnde apud veteres commendatur Torquatus, qui cum edictum promulgasset ne quis castra egrederetur,pœnas sumpsit de filio, qui id est transgressus, teste Valer.Max. & 1.Reg. 18.Saul irruit in Ionathan filiũ,qui contra patris preceptum iuerat, licet & æquitas sit seruanda, peccat enim Princeps qui conniuet flagitijs, & dissimulat correctionem. Eccl.7.& Prou.10. Rex qui sedet in solio, iudicio dissipet omne malum, vt tamen clementia ibi vigeat,ne incurrat id.Soph.3.Principes eius in medio eius quasi leones rugiẽtes,&Mich.3.comederunt carnes populi mei, & pellem eorũ desuper excoriauerũt.

Hæ ſunt virtutes præcipuæ, quæ Principem virum valdè honeſtant,& eius exiſtimationem,& apud populos venerationem tuentur.

Quæ vt conſeruentur,& etiam augmentum acquirant, nonnullas regulas obſeruari par eſt, prima, vt Princeps homines bonos,& doctos, quacũq; ratione apud ſe curet habere, vt eorum conſilio in populo regendo vtatur,& illis populi obediant,vt Principis cõſiliarijs, cũ lex illa quæ non ex ratione,ſed ex proprio ſenſu conſtituitur, nequaquam mereatur, vt illi obediatur: Vnde Imperator Theodoſius interrogatus, q d agere deberet,vt bonus eſſet, reſpondit, cum doctis in itinere ſermonem habere, in menſa audire eos diſceptantes,cum quieti ſe dat, cum illis legendo manere, & ab ijs conſiliũ petere, vt enim nimis audax eſt miles,qui abſque armis vult pugnam inire,ſic Princeps, qui abſque Doctorum cõſilio vult Rempublica regere, quod & Marcus Aurelius Imperator ſemper obſeruauit, remotis paraſitis,iocularibus,ſuperbis,inuidis, iracundis,auaris,cupidis,libidini deditis, voracibus, blaſphemis,inertibus,infamibus, ſtultis,contentioſis, & idem ſeruauit Creſus Rex Lidiorum, qui hominũ ſapientum amiciſſimus fuit,remotis,adulatoribus,luſoribus, comicis, ſuperbis; ſuperbi enim, nec ſuaues ſunt in præcipiendo, nec patientes in iuſſis exequendis; inuidis,nam domum,& Rempublicam in aſſiduis diſſenſionibus fouent; iracũdis, quia ſi regant,magnũ ſubditis ob ire impetum afferunt nocumentũ; auaris, quia in cauſa ſunt ne Principes à ſubditis diligãtur videntibus eorum familiares ad munera ſemper reſpicere; libidini deditis, cum cor Principis angant ne aliquam ei infamiam irrogent; gulæ vacantibus, cum à vino, & cibo oppreſſi apti non ſint ad recta conſilia præbenda; blaſphemis, qui enim in Deum publicè eſt blaſphemus, magis verendum eſt ne Principi occultè detrahat; lentis, cum nullius ſint Principi commodi,

17 Virtutes in Principe vt augeantur.

vt èconuerso solliciti magna illi præ alijs afferant còmoda; infamibus, quia Principes liberè alios reprehendere non valent si domi tales ferunt; stultis & contentiosis, cum Principi damnum, & notam irrogent; adulatoribus, comicis, & lusoribus, cum Princeps amicus esse debeat veritatis, & in rebus serijs tempus consumere, non vanis, mendacibus, & noxijs.

Secunda regula est, vt Princeps virium suarum tenuitatem prudenter celare norit, ac virium suarũ, remota ostentatione, argumentum det, & plus factis, quàm verbis vigeat, à iactatione sui cauendo, minusque de se, quàm valet, præsumendo, & ab amplificationibus abstinendo.

Tertia, vt fidem datam, vt supra, obseruet, & in rebus aduersis sit constans, quod indicat animi, & viriũ magnitudinem. Quarta, vt prouinciam, quæ vires superet non suscipiat, nec quam ad debitum finem perducere tutus non sit, qui & à prouincijs parui momenti suscipiendis abstineat, quòd animi deiectionis inditium id sit, & maximè initio Principatus negotia suscepta magni esse debent momenti, cum inde futurorum fiat iudiciũ, quæ imperfecta, si honorifica sint, dimittere non debet, ne initio videatur absque animi iudicio ea amplexus esse. Quinta, ut se ab alia ope consiliove pendere non demonstret, sic enim sibi socium, uel superiorem in administratione constituit, & propriam arguit insipientiam, sed prudenter bene consultis, ut à se comprobatis, uel admonentis acquiescere. Sexta, ut non profiteatur se in alia re peritum, quàm in ea quæ Principatum administrantem decet, nempè ut bene regere norit subiectos, non uerò musicum, pictorem, uel huiusmodi agere. Septima, ut res suas prudenter contegat, nec propria arcana facilè alijs reuelet, & in uita, & actionibus suis se uniformiter habeat, quòd diuinum quoddam sapiat. Octaua, ut non permittat ad ipsum solum spectantia, ab alijs, quàm à ui-

ris præstantibus agi. Nona, ut res magni ponderis non tractet ministerio hominum infimorum, uel uirtutis infimæ. Decima, ut passim cum omnibus familiariter se non habeat, maximè cũ loquacibus, ne consilia eius ab ipso eruant. Vndecima, ut sui copiã quotidiè, nec in qualibet actione, sed in grauibus tantum, & cum decoro præbeat, & habitu graui magis, quàm decoro, modesto, quàm pretioso, utatur. Duodecima, ut uitet extrema, ut nõ sit præceps, uel lentus, sed maturus, & moderatus, & potius lentus sit, quàm præceps, & seuerus, quàm nimis humanus, ut & ciuitati utilior est amaritudo, quàm dulcedo cum moderatione tamen coniuncta. Decimatertia, ut curet ut omnia sua magnificè, & decorè, ac perfectè agantur, tum ubi de conuiuijs, uel alia re agitur, maximè ubi de Dei cultu, Reipublicæ bono, uel externa re agatur, ut & magnanimitate uti debet, magnanimè se cum magnis habendo, & humaniter cum paribus, pluris ueritatem, quàm opinionem faciens, enitẽs quicquid ab eo progreditur, magnum, perfectum, excellens, mirum, & heroicum esse, multa agere nõ curans, sed pauca præclara, & excelsa. Decimaquarta, ut quæ propriam maiestatem, superioritatem, & amplitudinem spectãt, cum aliquo non communicet, ut quod attinet ad potestatẽ leges condendi, belli, vel pacis gerendi negotium, monetas cudendi, tributa imponẽdi, duces, uel magistratus præcipuos instituendi, quæ tamen cum pijs, & prudentibus consulet, an liceant secusve, qui & esse bonus non uideri curet.

Quod autem ad alterum attinet caput, eas nempè uirtutes comparandas, quę populorum gratiam, amorem, & beneuolentiam conciliant erga Principem, tamẽsi eæ plurimæ sint, ad eas tamẽ reduci possunt quæ hominibus p̃ cæteris magis proficuæ sint: Inter quas liberalitas primum obtinet locum, cum ea nil hominum naturæ sit accõmodatius; ut dicit Cic. lib. 1. offi. 18 *Liberalitas à Principe exercenda, & qua mensura.*

& maximè regum quos munificentia uinci indignius est,quàm armis.Sallust.in Iug.teste, & Sen.Traged.9. ait, Decet timere Cæsarem, sed plus diligi, & lib.de breuit.uitę,melius,inquit,imperium beneficijs,quàm armis custoditur,omnium enim dulcissimum est accipere, eodem teste lib.de beneficijs; idque maximè in principio imperij, Princeps agere debet,sic enim firmatur imperium, ut ait Tacit.1.Annal. ob id summo amore dilectus est Titus Imperator, qui ob eius humanitatem,delitiæ seculi humani est appellatus,& Alexander, à quo cum numisma peteretur, ciuitatem donauit,subiungens eum decere,non quid ille accipere,sed quod ipse dare deberet,teste Sen.lib.2.de beneficijs. & Xenophon in Pædia Ciri, Ciri thesauros ait esse amicos, quos donis afficiendo sibi conciliabat, q; fit liberando miseros à miseria eleemosynas illis elargiendo,ut egit Constantinus,Carolus Magnus,Theodosius Imperatores, Ludouicus Gallorũ Rex,& alij, qui immensas eleemosynas in pauperes erogabãt, uel uirtute præditos beneficijs afficiendo,quod geritur sine inuidia dum benemeritis donatur, & ingenia præclara ad uirtutes accenduntur, ut fecit Carolus Magnus,Teodosius,Iustinianus, & alij.

In liberalitate tamen exercẽda modus est adhibendus,& cum iudicio id agendum,subitæ enim largitionis comes est pœnitentia, ut dicit Plin lib.7.ep. ideò cum modo dare debet,nõ immodicè largiendo, ut inquit Sen.lib.4.de benef.c.37 ne si ærarium per ambitionem euacuetur per scelera suppleatur, ut dicit Tacit.2.Ann.nec omnibus dando,sed meritis,non intuitu luxuriæ,cum sic peccetur,& meritis iniuria fiat, ut dicit Tacit.1.hist.ut nec una uice dare debet, sed sensim quod donare uult, tum quia sic qui beneficiũ recipit magis uincitur dum sperat noua se consecuturũ, & liberalitas cum modo peracta magis efficax est ad conseruandam beneficio affecti beneuolentiam.

Iustitia

Iustitia præterea summam uim obtinet ad beneuolentiam populorum erga Principem promouendam, iustitia enim Regis est pax populorum, immunitas plebis, munimentum gentis, gaudium hominũ; & ius, & æquitas sunt uincula ciuitatum, ut dicit Cic orat. pro Rabirio, &, remota iustitia, Regna nil sint nisi magna latrocinia, ut ait Aug. lib. 4. de ciuit. Dei. cap. 4. & barbarum est id, in summa fortuna illud esse æquius quod ualidius: ut dicit Tacit. lib. 15. Ann. & contra regium id, cum omnia possis, nihil tamen credere licere, nisi laudandum, ut inquit Cass. Valer. lib. 10. & Xenophon de Ciri expedit. lib. 7. cum iustitiæ seruandæ causa bene morati Reges sint constituti, ut inquit Cic. lib. 2. offic. & ut subditos ab aliorum insidijs tueãtur, & custodes recti, ac iustitiæ ministri, & interpretes sint: ut ait Euseb. apud Stobæum sermone de magistratu, uiua enim lex est Princeps, & sine iustitia nullus Rex bonus esse potest, nec iustitia sine lege: ut dicit Diotogenes lib. de Regno. & sanctus Gregor. lib. 7. ep. 120. nec sine ea Respublica conseruari ualet. Eccles. 10. Prou. 16. 5. Polit. cap. 7. & 8. nec exiguus hominum cætus, nec parua etiam domus sine iustitia stare potest, ut dicit Macrob. lib. de somn. Scip. & Cipr. lib. 12. abusionum: & iustitia in causa est, ut Princeps ametur, honoretur, & colatur, ut ait Plut. in Aristide. eaque Principes Deum imitari asserit Augustus apud Senecam, quæq; à Principe seruanda est in se, & in alijs, cum is custos debeat esse, ut nec opulenti iniustum aliquid patiãtur, nec inopes contumelia afficiatur: vt dicit Philosophus 5. Polit. c. 10. & vt iustitia cu iuslibet uita, fama, & honor seruetur, quam Romani ita coluere, ut ob id moti Falisci, magis quàm armis uicti, portas eis aperuerint: ut ait Liuius lib. 5. Plut. in Camillo. Valer. lib. 5. cap. 5. & eodem medio Pirrhum ad pacem impulere, eum monentes ut caueret sibi ab insidijs ueneni, quas Timochares Medicus ei parabat: 19 *Iustitia à Principe exequẽda, quot modis et qualiter*

vt dicit Plut.in Pirrho; & creditur à grauibus authoribus ob id tam amplum imperium esse consecutos; vt & apud alias gentes, dum iustitia, boni mores, & leges viguere, regna durarunt, vbi verò ad cædes, turpitudines, & tirannides deflexere, interiere; iuxta id Domini dictum. Matth.21. auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius, Iudęis prænunciatum; in qua administranda nil existere debet venale, vel ambitioni, aut passionibus obnoxium, vt ait Tacit. lib.13. Ann. causas & reos audiendo, quia inauditi, & indefensi, vt innocentes pereunt: vt idem dicit lib.1. hist. Leges non violando, cum in ijs salus Reipublicæ sita sit. Rhetor.1.c.3. interdum quoq; earum rigorem temperãdo, summum enim ius summa dicitur iniquitas, vt dicit Colum.lib.1. nouas leges parcè sanciẽdo, corruptissima enim Respublica est plurimæ leges: vt dicit Tacit.lib.4. Ann. cum inde litigandi studium eueniat: vt idem dicit lib.11. Annal. ne legibus fundata ciuitas legibus euertatur, vt ait Plin. Paneg. & sine causidicis fœlices olim fuere, & sunt vrbes: vt dicit Colum.lib.1. quam iustitię virtutem tanti fecit Traianus Imperator, quòd cũ filius cuiusdam viduæ à proprio filio æquitante incautè fuisset occisus, illi, vt eam solaretur, proprium filium cum regni hæreditate concessit, & Alexander Seuerus nullam vnquam legem edere voluit, quæ prius à sapientibus viris probata non esset, Lampridio teste.

Hæc verò iustitia duo respicit capita, vnum quatenus inter Principem, & subditos existit, alterum, prout inter subditum, & subditum versatur.

Quò ad primum caput, cum Principi subditi ea debeant, quæ necessaria sunt ad eius dignitatem tuendã, & ministros alendos, qui eis iustitiam ministrẽt, & ab externis hostibus eos tueantur, ideò bonus Princeps ijs contentus erit, quæ satis sint ad ea conuenienter implenda, & abstinebit proinde ne subditos, tributorum,

&

& onerum grauitate nimis vexet, nec improportionabiliter, nec patietur ea nimis acerbè exigi, populi .n. nimis oppressi grauaminibus, vel regiones deserunt, vel hostibus Principis se dedunt; vnde Tiberius Imperator cuidam ministro ei rationem proponenti pecunias congregandi, boni pastoris esse respondit, non oues excoriare, sed lanam sibi tantummodo retinere, in expendendo modestiam non excedendo, si enim nimis Princeps expendat, ad rapinas mox, & iniustitias descendit.

Nec minus curam adhibere debet Princeps, quòd ad hoc attinet caput, vt bonos eligat magistratus, & ministros, modo quo de hac re infra suo loco dicetur, & electos cõseruet, vt electi ab eo præditi sint scientia singulari, experientia, & incorrupta bonitate, qui vt in officio contineantur, cõpetens eis salarium est constituendum, & à munerum acceptione sub grauibus pœnis prohibendi. Secundò, plena libertas iudicandi eis non est concedenda ex eorum arbitrio, sed ad legis præscriptum restringendi, vt sibi reliquum sit, quo gratias concedere valeat, & in grauibus arbitrari. Tertiò, prodest ad id agendum, si iniquè iudicantes, grauibus pœnis plectantur, censores constituendo, & proprium dominium visitando, & quærelas subditorum audiendo, qui graue quid à ministris sint passi: cum iustitiæ munus sit seruare vnicuique, & tribuere quod suũ est, sub qua venit, innocentia, amicitia, pietas, religio, affectus, & humanitas: vt inquit Macrob. in somn. Scip. cap. 7. cuius præcepta sunt honestè viuere, alterum nõ lædere, & ius suum vnicuiq; tribuere; & ideò cum nil egregius in Principe, quàm iustitiæ opus sit, vt inquit Plut. in vita Demetrij, ab ea nunquã deflectet; noscens se actionum suarum Deo rationem redditurum, & potentes malè se habentes, grauiter à Deo plectendos. Sapient. 6.

In iustitia præterea exequenda nonnulla sunt obseruanda;

uanda: primò, vt vniformis sit, & erga omnes æqualiter exerceatur, sic vt Princeps legum constitutum non relaxet, si in præiudiciū iustitiæ fiat, quia absit ignorātia, vel iustus dolor, vel si Reipublicæ id afferat damnum, quia absque ratione æquitatis, vel publici boni id fiat, cum expediat nocentes puniri, & qui id omittit, Deo permittente, quandoque morte auferatur, vt legitur de Saul. 1. Reg. 15. & de Achas. 3. Reg. 20. & Philippo patre Alexandri, quòd Attalum ob stuprum illatum Pausaniæ, eo petente, non punisset, vt dicit Q. Curt. in supplem. lib. 1. vnde & iustitia describitur aspectu virginali, aspectu formidabili, vt dicit Gellius lib. 14. cap. 4. ex Crisippo. sic tamen, vt cum clemētia, & æquitate iungatur, cum Sen. lib 1. de clem. c. 5. dicat, Principis sæuitiam bellum esse, clementiam verò in quamcunque domum ingrediatur, eam fœlicē reddere, atque tranquillā, quæ in regia quo rarior eo mirabilior existit, cum eius iræ nil obsistat, eius voluntati non sit qui cōtradicat; & magni animi sit proprium placidum esse, atque tranquillum, & iniurias, atq; offensiones semper despicere, vt & elephantes, ac leones pertranseunt proiectos, muliebre verò furere in ira, vnde Rex cum maximus sit, non debet cum ira, vel seuitate iustitiam exequi, non enim multum supra eū quis eminet, cui irascendo se exequat; qui & considerare debet nos omnes peccare, & ob id omnibus commiserendum, vt nobis Deum ignoscere cupimus, talem se ciuibus proinde præbens, qualem sibi Deum velit, qui non fulmine statim peccantem percutit, vt doceat hominem hominibus præpositum miti animo imperium exercere debere, vt ibi dicit Sen. c. 6. & 7. cum clementia sit virtus animi à pœna, vel vindicta ad lenitatem cum iudicio animi inclinans, quæ Principem maximè decet, quòd plurimos seruet, & in maiori materia splendeat: vt dicit Sen. loco cit. & qua Princeps omnia sibi conciliat, quæ sceptro sunt digna, amo

rem

rem imprimis, vnde Tragic.ait, qui vult regnare, languida regnet manu, & inde securitas surgit, vt inquit Claud. ad Hon. non enim sic excubiæ, & circunstantia tela, quàm tutatur amor, hoc enim inexpugnabile est munimentum, munimento non egere, vt inquit Plin. in Paneg. & Liu. lib. 8. firmissimum id esse imperium, quo obedientes gaudent, vt inuisa imperia nemo retinet diu, vt dicit Sallust. & inde etiam æterna Principi consurgat gloria. cum ea sic propius Deum accedat in salute hominibus danda, vt dicit Cic. orat. pro Licurgo. & Tacit. lib. 11. Annal. vnde & Homerus lib. 6. Odiss. inquit, mitis erat patris instar, ex quo fit quoque, vt subditi non timeant illum, sed pro illo, vt Bians aiebat, cum qua, & mansuetudo iungi debet, quæ mitigat impetum iræ, vt clementia manum, & pœnam, sic tamen, vt clementia nimia non sit, ne mali inde animum concipiant mala patrare, cernentes se sine pœna peccare, licet pœna sit minuenda quandoque, non tamen omittenda, maximè in prauos, & incorrigibiles: vt dicit Plut. in Licurgo. cap. 14.

Alterum, quòd ad iustitiam exigitur, est vt sit celer, & causæ dilationibus amputatis celeriter expediãtur, cum proprium Principis, vt supra, sit iustitiæ munus, vnde Reges Aegyptiorum iudices iureiurando adigebant, vt si quid ipsi mandarent, quod iniustum esset, non exequerentur, vt dicit Plut. in apopht. quod & Alexander III. in c. si quando. de rescript. mandat iudicibus delegatis, si ad id rationabilé causam adducant: & Cæsares in l. 1. C. de pet. bo. subl. lib. 10. quod & Antigonus Rex seruauit, qui Princeps etiam curare debet, vt benemeritos, quòd ad iustitiam distributiuam spectat, honoribus, & opibus augeat, & officia bene meritis, & dignis distribuat, iuxta meriti cuiusq; proportionem, vt & commutatiuã, qua cum subditis quãdoque contrahit, nedum vindicatiuam, de qua supra, illæsam seruare debet.

Quo

Quo verò ad iustitiam, quæ inter subditos versatur, Princeps curare debet, vt res omnes inter eos iustè versentur, quod fiet si vis auferatur, eos tuendo à latronibus, exulibus, homicidis, furibus, & huiusmodi, ijs se grauibus, & validis manibus opponendo, & pœnas de malè meritis debitas sumendo, tum si fraudes quæ in contractibus, ponderibus, mensuris, scripturis, monopolijs, victus subtractione, vel vsuris versantur, auferantur.

20 *Modestia Principi esse debet, cur, et quibus in actibus.*

Modestia quoq;, maximè Principem virum decet, & eum amabilem reddit, qua lenis & in prospera fortuna de se non præsumens homo redditur, quod licet difficile sit, in alto positum non alta sapere, attamen id præstantem præclariorem reddit, & hominibus magis amabilem: vt ait Tacit. lib. 15. Annal. se cogitando non minus hominem esse, quàm hominibus præesse, vt dicit Plin. in Paneg. sceptrum enim, & opes animum nō faciunt: vt dicit Tac. lib. 1. Ann. caduca enim hæc sunt & puerilibus consentanea crepundijs, vt dicit Valer. lib. 6. c. vlt. & magnæ arbores diu crescũt, vna verò hora extirpantur, vt dicit Curt. lib. 7. & nil tam firmum, cui periculum non sit etiam ab inualido, vt ibi dicit, vt in ferro videre licet quod à rubigine cōsumitur, qui & affabilis esse debet, & omnes humanitus audire. Hæc etiam modestia in exteriori apparatu, mensa, & conuiuijs parcè factis commendatur, vnde laudatur Curius Dentatus, qui inuentus à Legatis Samnitum rapas vescens, aurum ab eis allatum respuit: vt refert Cic. in Catone. & Plut. in apopht. quod fecit & Tubero, vt dicit Valer. lib. 4. c. 3 & 7. & laudatur pariter frugalitas Tiberij Cæsaris, qui sæpè dimidiatũ aprum ex cœna præterita reliquum mensæ apponebat: vt dicit Suet. in eo. c. 34. & parsimonia Iulij Cæsaris in cibo, & potu, Aelij Pertinacis, Didij Iuliani, & Taciti Imperatoris: vt idem dicit in Iulian. cap. 53. Iul. Capitol. in Aelio. Aelius Spart. in Didio Iulian. & Flauius Vopiscus

ſcus in Tacito: Vt contra reprehenduntur, qui excedunt in epulis, vt dicit Plut.in Lacon. & magis ſi inebrientur, vt dixi vbi de hoc eſt actum tract.de Ciue. Sic Alexãder ebrius multa homicidia patrauit, & Hippatinus filius Dioniſij temulentus iugulatus eſt, vt d. Athen.lib.10. c.13. vt & veſtitus modeſtia Principem magis omnibus gratum reddit, vnde Aurelianus Cæſar veſtem holoſericam nullam habuit, & Tacitus Imperator veſtem communem cum cæteris detulit: vt dicit Vopiſcus in Tacito; niſi occaſio aliud ſuadeat, ad eius dignitatem oſtendendam; vt & ſubditis luxus veſtium vetandus; vnde Iſabella cum Ferdinando Rege Hiſpaniæ vetuere dantibus operam ſtudijs vſum longarum, & ſericarum veſtium, & capillorum promiſſorum. Marineus lib.19. rerum Hiſp. & ex alijs, quæ dicit Toloſ.de Repub.lib.4. c.11. & dixi tract.de educ. lib. vbi de veſtitu agitur, qui tamen dum domum exit, in graui ornatu, non vano, incedat, & ſenſum moderetur quoque Princeps, & actionem, ſermone preſſo vtendo, & pauco, cui enim loquentiæ multum, ſapientiæ paucum, vt dicit Salluſt.in Catil. & canis timidus latret vehementius, quàm mordeat, & altiſſima flumina minimo ſono labantur, vt dicit Curt.lib.7. in cultu etiam corporis, vt ſupra, non excedendo, cũ pulchrius, ac magis regium ſit animum præferre cultum, & compoſitum, quàm corporis veſtem, vt dicit Ariſt. præfat. ad Alex. & munditiæ mulieribus, labores viris conueniant, vt dicit Salluſt.

Hæ virtutes, & qualitates in Principe requiruntur, vt politicus eſt, & proinde adepta poteſtate rectè vtatur: Vt vero eſt Princeps in Chriſtiana religione exiſtens, rectã, & catholicam fidem tenere, & credere debet, cùm Chriſtiani populi dñs eſſe nõ poſſit, vel debeat, qui à catholica fide alienus exiſtat, vt rectè viuendo, & iuſtè adminiſtrando, æternam à ſummo bonorũ omnium largitore Deo beatitudinem expectet in mi-

niſterij

nisterij ab eo piè, & fideliter exhibiti retributionem.

21 *Fides catholica Prĩcipi inesse debet, & quid de ea cogitare debeat, ac cognoscere.*

Fides enim cuilibet homini est necessaria, cum sine ea peccata non remittantur, nec Deo quis placeat. Eccles 1. Heb 11. & initium est gratiæ, & causa vitæ æternæ, ac ordinatrix, dispositiuè, & fundamẽtaliter. Heb. 10. Gal. 2. 1. Ioan. 5. Maximè verò Principi est necessaria, vt cognoscat eum sub quo est, cui seruiturus est, lumine fidei cognoscendo Deum esse, & hunc vnum in essentia, ac trinum in personis, æternum, immutabilẽ, infinitum, simplicissimum, in rebus omnibus existentem, potentissimum, iustũm, misericordem, omni sciẽtem, omnibus prouidentem, & huiusmodi, de quibus dixi Tomo I. sub tract. de Deo, & consentiunt etiam ethnici, quòd sit vnus. Tacit. lib. 5. hist immutabilis, æternus, & immortalis: vt ibi dicit, omnia sentiens, vt dicit Cic. lib. 1. Tusc. omnipotens, immensus, vt dicit Ouid. lib. 8. Metamorph. iustissimus. Plato in Theeteto. omnia videns. Ouid. lib. 13. Metamorph. & Sen. ep. 84. iudex, & vindex omnium Sallust. ad Cæsar. omniũ gubernator. Horat. 3. Oda. & Cic in somn. Scip. Cui tanquam supremo omniũ domino cultus interior, & exterior debetur, vt dixi tr. de Christo Domino, sub cap. de Adoratione, quæ Religionis etiam nomine appellatur, qua vita constat, vt dicit Plin. lib. 14. hist. nat. & ad eam omnes mouentur, vt dicit Cic. lib. 5. in Verrem. & Philo. ad Gaium, quem omnes colere debent: vt dicit Liu. lib. 5. in omni fortuna: vt ait Tacit. lib. 11. Ann. & Cic. de nat Deor. lib. 11. optimus enim animus, pulcherrimus Dei cultus est, d. Seneca, post sacros, quos citaui d. tr. de Deo: sic tamen, vt Religio non vergat in superstitionem, de qua dixi in lib. de Casib. reseru. cas. de superstit. quæ religioni est aduersa, vt dicit etiã Tacit. lib. 5. hist. & Liu. lib. 4. qua imbutus, nunquam quietus est: vt dicit Cic. lib. 1. de Finibus. post sacros, quos d. casu citaui. Hanc ergo fidem Princeps amplectì debet, sic enim cognoscit eum sub quo est, cui seruiturus

uiturus est, & cui bene non seruitur, nisi sciatur eius voluntas, quam, non nostram sequi debemus; Fide verò cognoscitur nos nō habere dominium rerum, quas possidemus, sed ministerium, vt inde discat ne à ministerio transire uelit ad dominium, & ne in his sequatur propriam uoluntatem, sed Dei gloriam, sic operando, ut domino omnium rationem redditurus, & si dominus illa sibi abstulerit, dicat cum Iob: Dominus dedit, Dominus abstulit, & pauperibus liberalitatem exhibeat; Fides etiam ostendit iustitiam in subditos exercendam cum misericordia, & alia multa, & in Principe magna esse debet, & viua. Iacob. 2. Tob. 2. vt pluribus probat D. Tho. lib. 2. de erud. Princ. c. 2. & 3. qui & omni conatu curare debet, vt à subditis catholica fides custodiatur, vt infra habetur.

Spes quoque inesse Principi debet, cum sit cuilibet homini necessaria. Ps. 33. Beatus uir, qui sperat in eo. Prou. 10. Thren. 3. Rom. 12. & maximè Principi, cum se ac subditos regere habeat, se uerò regere non sufficiat, ac nec rectè cogitare sine Deo. 2. Cor. 3. & Dei sit etiam custodire linguam. Prou. 6. ac corpus, unde oportet infirmitati humanæ diuinam omnipotentiam associare, spe firma ei innitendo. Ps. 25. insufficiens est etiam ad regnum tuendum absq; Dei auxilio. Ps. 116. Nisi Dominus custodierit ciuitatem: frustra uigilat qui custodit eam, fugiendo desperationem Gen. 4. & nimiam confidentiam sui, & aliorum. Is. 5. 20. 29. & 36. nec in diuitijs confidendo. Eccl. 31. 1. Tim. 6. cum uix custodiri possint in arcis munitis, & ideò securitatem dare non ualeant quam non habent; ad Deum in tribulationibus confugiendo, qui auxilium præstat se inuocantibus. Esther 14. Iob 13. Psal. 26. 22 *Spes Principi Christiano inesse debet.*

Amor quoque, & charitas Dei, ac proximi Principi inesse debet, ad quem consequendum, sapientia conducit. Sap. 7. Prou. 14. & munditia cordis. Sap. 6. Iac. 3. mansuetudo, quæ multum assimilat Deo. Liberalitas, 23 *Amor, vel charitas Dei, et pro*

ximi Principi inesse debet. qua Deum imitatur, qui omnibus tribuit, & maximè si pauperibus largiatur, humilitas, vt Dauid fuit. Roman.15. Dilectio Dei, diligens enim Deum ab eo diligitur, & temporalium contemptus; cognoscetur verò quòd Princeps diligat Deum, si de eo libenter cogitat, si diligit quem credit à Deo diligi, & èconuerso, & pro Deo libenter patitur. Eccl.2. & erga loca sacra amore afficitur, & Dei ministros. Lucæ 2. Eccl.7. Matth.10. si libenter de Deo loquitur, & de Deo audita memoriæ retinet, & libenter pro Deo donat, & seruat eius mandata; Cumq; charitas bipartita sit, debet bonus Princeps proximos, & homines amare. Luc.10. Matt.22. Ioan.13.& 15. cum id ex præmissis, sit Dei præceptū, & naturale, cum homines eiusdem sint speciei, & omne animal diligat sibi simile, & quòd omnes simus fratres in Christo, participes donorum Dei corporalium & spiritualium, & eandem expectantes fœlicitatem, & etiam exemplum Christi, ac Sanctorum ad id incitare debet, & ex alijs, quæ docet D.Thom.lib.5. de erud.Princ. cap.10.11.& 12.

24 *Timor Dei Principi inesse debet, & cur.* Timor quoq; Dei inesse Principi debet, cum sit initium omnis sapientiæ. Prou.2. Eccl.1. & durum iudicium fiat ijs qui præsunt. Sap.6. cum iudicentur pro se, & alijs, quorum curam gerere debent, & cum illis bonum præbere exemplum debeant, vt pluribus docet D.Tho.loco cit. c.8.& 9.

25 *Cōscientia recta Principi inesse debet, & cur.* Conscientia quoq; recta Principi adesse debet, quæ est actus synderesis, & dicitur à Basilio in principio Prouerb naturale iudicatorium, & à Damasc.lib. 2. de fide.c.12. lux intellectus nostri. & ab Origene, pædagogus animæ sociatus, quo separatur à malis, & adhæret bonis. lib. 2. in ep.ad Rom. & nobis insita à Deo est, vt agnouit etiam Cic.orat. pro Cluentio. vt flagrum post peccatum, qua sceleris magnitudo dignoscitur, vt dicit Tacit.lib.14. Ann. & frænum ante peccatum, vt Seneca testatur ep.98. quæ conscientia si bona est facit homi-

hominem quietè viuere etiã in aduersis: vt dicit Isid. soliloq. 11. vt contra, mala, etiam in solitudine angit: vt dicit Sen. ep. 43. & 98. & neminem fallit, vt dicit Sallu. ad Cæs. & vermis est animæ non contemnendus, vt ait Sen. d. ep. 43. & rodit animam errantem, ac tortori subijcit: vt dicit Sallust. in Catil. Qua edoctus Princeps discet ne sic circa alios occupetur, vt se deserat, sed seipsum scrutetur, & videat an sit sine macula, cũ teneat locum eius qui omni caret macula, vel an in eo sit superbia, auaritia, luxuria, gula, loquacitas, & huiusmodi, vt dicit D. Tho. erud. Princ. lib. 3. c. 1. & 2. cogitãdo frequenter quis sit, scilicet homo, & proinde mortalis, ne tumeat; quis & qualis, idest Princeps, & proinde humilitatem sequatur, quæ eum commẽdabilem reddit, teste Bern. lib. 4. de consid. & benignitatem, mansuetudinem, pietatem, sapientiam, bonitatem, & alias virtutes, vt ibi dicit cap. 6. non ignorans Principatum esse magis timendum, quàm appetendum ob curas quæ illum consequuntur, & onera grauia ipsum possidenti incumbentia, vt idem pluribus probat d. tr. lib. 1. c. 1.

26 Lenitas etiam cum seueritate Principi est iungenda, quæ est reuerenda quędam amplitudo ob meritum virtutum, vel præclaræ alicuius qualitatis, quæ ad fidẽ faciendam requiritur, vt dicit Cic. in Top. & maximè in re militari, vt idem dicit, pro lege Manil. & hanc gignit morum grauitas, si tamen inde absit tristitia, & arrogantia, vt dicit Tacit. lib. 2. Ann. vel si corpore quis sit procerus, & verbis magnificus: vt idem dicit lib. 15. vel ex recessu, cum continuus aspectus minus verẽdos homines ipsa satietate faciat, vt dicit Liu. lib 31. & Tacit. lib. 1. Annal. & etiam ex imperij seueritate, cum assidua lenitas contemptum inducat: vt dicit Sallust. orat. Lepid. impunitatisque spes inducat maximam peccandi illecebram, vt dicit Sen. lib. 1. de clem. & Cic. pro Mil. cum is non timeatur cui constrictum est ferrum, vt ibi dicit, quæ tamen seueritas in tempore est

Lenitas, et seueritas, vt à Principe vtenda.

adhibenda,& ex causa honesta, scilicet gratia Reipublicæ seruandæ, vt alij metu suppliciorum à malo auocentur; sic tamen, vt nocens vltra meritas pœnas non subeat, vt inquit Arist. lib. 10. Eth. c vlt. & Cic. lib. 2. offic. & etiam temperatè, & cum intermissione seueritas est exercenda; cum parcitate pœnarum magis ciuitatis mores corrigantur, ita vt quoties fieri licet, pœna ad paucos, metus ad omnes perueniat: vt dicit Sen. lib. 1. de clem. Cic. pro Cluent. & in Verrem.

27 *Cōstantia in Principe requiritur*

Constantia præterea in regimine requiritur, statutas leges nō immutando: vt inquit Alcibiad. apud Tucid. lib. 6. nisi vis eis desit, tunc etenim protinus sunt mutandæ, vt dicit Tacit. lib. 3. hist. rectas tamen nō immutando. Quinctil. lib. 3. instit. Tacit. lib. 15. Ann. nec alias nisi necessitas, vel vtilitas id poscat. idē lib. 1. hist. idque lentè, ac per gradus, nec omnia simul, vt dicit Cic. ad Attic. lib. 2. c. 9. & Tacit. lib. 1. Annal. Princeps quoq; adstricta debet vti forma imperij, cuncta ad senatum non reuocando, ne Principatū resoluat, grauia tamen consulendo, vt supra, vt cuncti sciant eum esse à quo pendeant omnes, licet consilia non sint spernenda, vt ait Tacit. lib. 1. & 2. Annal. totam tamen potestatem aliquibus traditam simul non tollendo, sed per ambages, vt dicit Arist. lib. 5. Polit. c. 11. vbi damnum inde futurum veretur.

28 *Potentia Principem adiuuat, et in quibus consistat.*

Potentia etiam Principi est necessaria ad sua conseruanda, & alienā iustè acquirenda, quam opibus acquiret, cum sine ijs nil fiat, quod opus sit. Demosth. Olynth. 1. & neruus sunt Imperij, vt dicit Arist. lib. 2. Rhet. c. 16. his enim milites acquirūtur, & vrbes, & oppida, iustè tamen id est fiendum, vt dicit Cic. lib. 2. in Verrē. & lib. 1. ad Attic. ep. 12. & armis, vt dicit Tacit. lib. 15. Ann. & Liu. lib. 30. & consilijs, sine quibus arma inualida sunt. Tac. lib. 1. Ann. arma enim nisi prouidè non sunt inferenda. Sen. lib. 1. de Ira. & cum modo, ne dum ad culmen venire contendit, vnà cum ramis, quos cō-

pre-

prehendit, descendat: vt dicit Curt.lib.7. modum viribus suis imponendo, vt dicit Valer.lib.4.c.1 Parta tamen potius seruando, quàm noua acquirendo, cũ primum difficilius sit, vt dicit Curt.lib.4. Flor.lib 4.c.vlt. sic enim testudo intra suam domum tuta est, cum exit, omnia patitur aduersa, vt dicit Liu.lib.34. Socij etiam potentiam iuuant, cum vicinis, & longinquis iusta fœdera sanciendo, vt dicit Arist.Rhet.ad Alex.c.vlt qui viribus, & loci opportunitate polleant: vt ait Lucanus lib 8. & vbi pares potentia inter se contendunt, melior est sociãdus, si dispares potior, nisi ratio aliud suadeat, vt dicit Tac. lib.4.hist. Iuuat imperium prosperus et rerum euentus, si tamen à Deo id detur, alioqui timẽdum, cũ instabilia huiusmodi sint, vt dicit Curt.lib.4. Pietas quoque, vt supra, & religio Principatum iuuãt, id enim mouet opinionem nil Principem, nisi diuina ope agere, vt agnouit etiam Curt.lib.3. Arist.lib.5.Polit.c.11. de quo supra. Prouidentia etiam Imperij potentiam adiuuat, cum nil agitur, vel suscipitur, nisi lentè, & circumspectè, vt dicit Valer.lib.2.c.10. Tac.li.2. hist. acta enim cum ratione plerunque bene eueniunt, vt dicit Liu.lib.5. Debet quoque Princeps ore compositus esse, vt dicit Tacit.lib.2. Ann. graui scilicet, & ad seueritatem flexo, & non ad minas, vt dicit Arist.lib.5. Polit. sed ad clementiam, & inhabitare vrbem Regni præcipuam, vt dicit Tacit.lib.5.Ann. cum conferat ad authoritatem, modo vt alibi latè lib.seq.c.1. interdum tamen secedendo, vt authoritas absentia defendatur, vt dicit Suet.Tib. c.10. & latè Iustus Lipsius in Polit. qui etiam iram fugere debet, & odium omnino, vt dicit Tac.Agric. & spernere conuitia; magnam enim fortunam magnus animus decet, iniurias superare despiciendo, & spernendo, vt dicit Sen.li.1.de clem. famam tamen non contemnendo, vt dicit Tacit.lib.4. Annal. & alijs præditus esse decet vt sit, de quibus supra latè est dictum.

29 *Maiestas et authoritas Principi inesse debent, vnde orientur, & vt vtenda.*

Maiestas etiam in Principe requiritur, quæ est excellentia dignitatis, & honoris, primum Deo tributa absolutè, tum & Principibus, quos in terris esse Dei simulachra, dicit Plutarchus, cuius maiestatis impressio etiã Principum personis insidet, vnde Satelles delegatus ad occidendum Marium inermem, & in carcere positum, Consulem, maiestate eius territus, ipsum ferire non est ausus: vt dicit Valer. Max. lib. 2. c. 10. quæ adfuit & in Vespasiano audito nuntio victoriæ, vt dicit Suet. in eo. c. 7. & est quiddam occultum maiestas illa ex honoris, & reuerentiæ coniunctione consurgens, vt dicit Ouid. lib. 5. Fast. quæ & Moysi apparuit post colloquium cum Deo habitum, ita vt populus ipsum intueri non posset. Exo. 34. & eadem apparuit in septuaginta senibus datis in adiutorium Moysi. Num. 11. & in Saul. 1. Reg. 10. & in Salomone, vt vnctus est Rex. 3. Reg. 1. & in Moyse, vt supra, cui Pharao nocere ideò non est ausus. Exo. 4. 5. & 6. ob quam seruãdam Reges Persarum perraro sui copiam populo faciebant, vt dicit Xenoph. in laudibus Agesilai, & augetur si corporis maiestas veneranda accedat, & hæc authoritas, ac maiestas est salus Principatus: vt dicit Curt. lib. 8. & segnities est si Princeps patitur hebescere aciem suæ authoritatis: vt dicit Sallust. in Lepid. & Cic. li. 1. in Cat. Quæ authoritas seruatur, si Princeps id agat, vt summa rerum pacis, & belli à se pendeat. 5. Polit. c. 11. nullum nimis magnum faciendo, nec proximos regio honores cuiquam cõcedendo, nec valdè magnos, vel eos diuturnos, cũ diuturni honores animos tollant ad res nouandas. Liu. lib. 4. Sen. lib. 7. controu. vlt. Dio. Cass. li. 52. hist. & vbi magna dignitas sit data alicui, illam, iustè tñ, minuat, sed non oẽm vnico actu, sed dignitatem diuidendo, vel collegas in ea dãdo; sic tamen, vt aliquos honores alijs communicet, & sic in superbiam ne recidat; aditum sui subditis subtrahendo, quod egri subditi ferũt, ideò facilis esse debet: vt dicit Plin in Pa

neg. &

Reg.& Athen.lib.12.c.23. solitaria enim vita Principis arguit incapacitatem eius regnãdi, vel superbiam, qui cum ab omnibus tributa exigat, omnes æquè audire debet, & diuites, & pauperes, etiam mulierculas, vt faciebant Teodosius, Mamertinus, Nazarius, Constantinus, & Ferdinandus Imperatores, qui quotidiè ad se accedentes pro gratia, vel iustitia consequenda, benignè audiebant. Nimiam tamen humilitatem, & suæ dignitatis neglectum vitare debet, cum id sibi, & subditis noceat, cum nimia humilitate authoritas frãgatur, c.quando.84.dist. l.nec quicquam. ff.de offic.proconf. 1.ad Tit.4. sic Xerses cum contemptui haberetur Regnum cum vita amisit, vt dicit Iusti.lib.3.in princ. sic Visbus Gothorum Rex contemptus occisus est, vt dicit Ioan.Magnus.li.7. sic Arsaces inuasit Regnum Sardanapali, quòd eum contemneret, vt dicit Iustin.in r. cum contemptus sit vilis, & abiecta opinio de Principe, & statu eius, & oritur maximè, cum nimis remissè, & indulgenter imperat, sic enim datur cuique occasio faciendi quod vult, vt & noxiũ est, vbi subditi nil agere possunt, peius tamen vbi omnia, vt dicit Dio.Cass. in Nerua. Magnificentia etiam in Principe valdè probatur, eam exercendo, in donando, in magnificis ædificijs, maximè templorum, & publicorum, non autem in conuiuia lauta eam exercendo, vel in vanum ornatum, cum sic intemperantiæ inditia sint.

Et quia vt benè agatur secundùm virtutem, oportet prius declinare à malo, ideò, vt Princeps bene regat, debet secundùm virtutem se habere, circa animi proprij passiones, eas moderando, & rationi subijciendo. 30

Princeps circa affectum amoris, vt se habere debeat, quã amare, vel non.

Vnde circa amorem, qui primus motus concupiscibilis est; primo loco super omnia diligere debet bonũ diuinum, nam cum obiectum amoris sit bonum.

Primò, diligere debet Princeps catholicus summũ bonum, scilicet diuinum, quod est bonum per se, & causa omnis boni, & Principatus. Rom.13. Prouerb.8. modo

quo supra est dictum, cum de cultu diuino à Principe promouendo est dictum. & probat Aug. lib. 5. de ciuit. Dei. c. 24. non ideò fœlices dicens Principes, quòd magnum possideant imperium, &c. sed si iusta imperent, si se homines norint, si potestatem suam ad Dei cultũ dilatandum, & ei famulandum exerceant, si Deum timent, diligunt, & colunt, & amant illud regnum cœleste, vbi non timent habere consortes.

Secundò, debet amare bonum commune, vel Reipublicæ, cum ex hoc, vt supra monstratũ est, se habeat ad populum, vt pater ad filios, & pastor ad oues, curãs principaliter bonum multitudinis. Vnde in eo ob id requiritur scientia literarum, cum reprehensibile sit, quòd cum Princeps debeat promouere subditos ad bonum, eum ignorare quomodo id agere debeat, & à subditis in rerum scientia superari, ob quod etiam summa in eo prudentia requiritur, vt Reipublicæ procellis semper agitatæ prouidere sciat, & ad rectum iter dirigere: Iustitia etiam in eo requiritur, cum ex illa Respublica seruetur, & contra intereat; & magnanimitas cum bonum Reipublicæ arduum sit ad conseruãdum, & maximo dignum honore, ad quod magnanimus tendit, & magnificentia, ob res summè magnas quas curare debet scilicet bonum publicum, & res diuinas, construendo templa honorifica, magna dona largiendo, conuiuia splendida celebrando ob bonum publicum, vt fuit Dauid in sumptibus præparandis pro ædificanda domo Domini. 1. Paral. 19. Salomon. 3. Regum 10. Assuerus fuit magnificus in conuiuijs. Esther cap. 1. qui & debet esse fortis, quia bonum commune, & publicũ est melius priuato, vnde si pro eo magnos sustinet labores, magis pro publico sustinere debet, vnde pro eo nec mortem timere debet, vt fecit Saul, qui pro bono publico cum Ionatha filio gloriosam mortẽ occubuit. 1. Reg. 8. & refert Ioseph. lib. 6. de antiquit. cap. 14. ob quod postea Dauid in laudem eorum cecinit

nit

nit hymnum. 2. Reg. 1. & Mathathias cum filijs, vt patet in libris Machabæorum; vt & in eo requiritur temperantia, cum voluptates inordinatæ distrahant animum à debito regimine, & excæcẽt mentem, vt patet in Salomone. 1. Reg. 11. requiritur etiã quòd bonum publicum diligat, quia id inuitat ad omnem virtutem sequendam, & contra nimius amor sui facit de pastore lupum, & mercenarium, vt habetur Ezech. 34.

Tertiò, amare debet bonum proprium, non expendendo superfluè, & procurando vt facultates augeantur, quo bono publico prouidere valeat, vt supra est dictum, & infra dicetur.

Circa odium, sicut amare debet bonum diuinũ publicum, & proprium, sic odisse quæ illis aduersantur, & primò, quæ aduersantur bono diuino, vt hæresis, superstitiones, blasphemiæ, & præuaricatio diuinæ legis, & alia de quibus supra, vt fecit Asa. 3. Regum 15. Secundò, odisse debet destructiuum boni communis, vt sunt opera iniusta, cædes innocentiũ, viri iniuriatores, malefici, seditiosi, tumultuantes in populo, & huiusmodi, exemplo Dauid. 2. Reg. 20. & Iudas Machabæus. 1. Machab. 3. Odiendi etiam qui bono priuato contrariantur, vt fures, & qui insidiantur vitæ, & famæ, ratione vitij quod in eis est, non naturæ, quæ bona est, vt Abraham, qui odio habuit Reges, qui Loth captiuum fecerunt, & filias rapuerant, & omnem substantiam eius. Gen. 14. & Dauid. 1. Reg. 30. quo tamẽ casu, vt priuata persona non potest de eis pœnam sumere, vt publica tamẽ potest, per alios tamen id exercendo, non per seipsum illos iudicando, ne arguatur, quòd odio id agat.

31 Princeps q̃ odio habere debeat, vel non.

Circa desiderium, quod est circa bonum, cum bona sint in duplici differentia, quædam desiderabilia, vt finis, quædam vt media ad finem, ideò Princeps desiderare summè debeat bonum diuinum, vt Dauid dicit: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita

32 Princeps q̃ desiderare debeat, & q̃ fugere, et qua non.

ita desiderat anima mea ad te Deus; & bonum publicum, quod debet desiderare sicut finem, vt Medicus sanitatem perfectam infirmi,& pastor optimè gregem pascere,& nauta in tutissimum portum nauem appellere, vt & Dauid faciebat, dicens, Si oblitus fuero tui Ierusalem obliuioni detur dextera mea, & Iudas Machabæus. 1. Machab. 3. quòd omnibus virtutibus operam dent, & pacificè viuant: Bona verò media,& priuata,vt diuitiæ,potentia, & huiusmodi sunt desideranda,vt necessaria ad bonum diuinum, publicũ, & propriam sustentationem, vt fecit Salomon,qui desiderabat tantum sapientiam ad regendum. 3.Reg 3. Abhominari verò vel fugere debet obuiantia bono diuino, vt hæresim, vt supra, idololatriam; & publico,vt fecit Iosias Rex. 2 Paral.c.34. Similiter homines iniustos, homicidas, adulatores,proditores,& alijs vitijs deditos, quò ad vitia, non quò ad naturam, cum sint destructores boni publici, vt Assuerus abhominatus est Aman. Esther 16.Fugere etiam debet malum oppositum bono proprio, vt infamiam, iniustitias, iniurias iniustè aliis illatas, ægritudines culpa sua incursas, & alia, de quibus 3 Regum 8.

33 Circa delectationes,primò delectari debet,& exultare circa bonum diuinum, cum videt subditos rectè Deum colere,& eius præcepta, ac Ecclesiæ verè seruari,sic enim exultare debet sine fine, vt Dauid dicens: Ego autem delectabor in Domino. Secundò, cum videt se,& iudices, ac alios ministros procurare bonum publicum, & populum in bono proficere, & virtutes amplecti, ac vitia vitare, & pacem seruare, vt legitur de populo Israel. Iudith 16. Debet etiã delectari proprio bono,vt honesta vxore, prole fœcunda, sanitate, pulchritudine,bonis fortunæ,sed cũ modo,prout sunt boni publici adiumenta, & instrumenta ad virtutem exercendam, & vitæ præsentis honestæ sustentationes, in virtutibus verò Theologicis,& moralibus simplici-

Princeps ĩ quibus delectari debeat, vel non.

tet

ter delectari debet, de intellectualibus verò prout sunt instrumenta ad melius Deum cognoscendum, & diligendum, & subditos, ac seipsum in bono tuendum, & regendum.

Circa tristitias verò, debet tristari de malo opposito bono diuino, vt fecit Moyses, qui videns populum idolos colere, fregit tabulas legis. Exo. 31. & Ezechias, qui audiens blasphemias contra Deum verum scidit vestimenta sua, & opertus est sacco. 4. Reg. 19. & Iosias 4. Reg. 22. & Heli. 1. Reg. 4. 34 *Princeps de quibus tristari debeat, vel non.*

Secundò, debet tristari de malo opposito bono communi, vt de destructione exercitus, quo Respublica defenditur, de debellatione hostili, de bello ciuili, & huiusmodi, cum sit pastor multitudinis, & etiam cum ex bono communi bonum proprium resultet, vt conseruatio, & prosperitas propria, & suorum, & ècontra, vt patet de Achab, & ex eius filijs. 4. Reg. 10 Deo permittente, qui interierfit, & de Sedechia, qui captus est à Rege Babylonis, & oculis orbatus, sic Dauid. 2. Regum 1. doluit de calamitate Saul, Ionathæ, & populi Israel. & 2. Reg. 11. & 15.

Tertiò, debet dolere de malo opposito bono eius priuato tam in persona, quàm in re, cum id sit naturale. 7. Ethic. vnde meritò tristatur de propria infirmitate, vt Ezechias 4. Reg. 10. vel filij, vt Dauid. 2. Reg. 12. vel eius morte, vt idem fecit. 1. Reg. 18. & de amissione terrenæ substantiæ, vt Iob. Iob c. 1. Et si prædicta proueniunt ex proprio peccato, debet summè tristari, sin aliter moderatè, cum non sint maxima bona, vt & de eorum possessione non est nisi cum mensura delectandum, ne èt imminuat debitam curam regiminis, & videatur mollis, & animi muliebris non vtendo virtute aduersus calamitates, & ideò dicens cum Dauid, Quare tristis es anima mea: Spera in Deo; & adhibendo sibi amicos eum solantes, qui quodammodo cũ eo onus ferre videntur, & considerando veram causam tri-

sti-

ſtitiarum, ſcilicet vitam præſentem ærumnis plenam, & agitationibus expoſitam, & nil ſtabile continētem, ex quo conſtantia inducitur, & æquo animo mala tolerantur, & etiam adhibendo remedia lætificatiua, & cordis confortatiua, vt ſomnus, moderatus cibus, vini potus temperatus, ludi honeſti, grata conuerſatio, locus lucidus, & amenus, & honeſta, ac ſuauis muſica, & remedia medicinalia cor confortantia.

35 Circa ſpem, quæ eſt vigoroſa animi tendentia ad acquirendum bonum arduum prius amatum, & optatum, vt bene circa id reguletur, vti debet humilitate, quæ docet hominem non debere tendere in huiuſmodi bonum, niſi ex iuſtitia, & iuxta eius facultatem, & ſtatum; & magnanimitate, quæ docet hominē non debere deficere ab huiuſmodi tendentia, quando iuſtitia id requirit, & cum medijs conuenientibus, & iuxta eius ſtatum, & ſic vt recta ratio dictat, aliter viles, & puſillanimes ſunt, vt è conuerſo nimis ſperantes ſupra ſtatum ſunt temerarij. Et defectus circa huiuſmodi debitam tendentiam in oppoſito dicitur deſperatio, vnde vt Princeps non deſperet, nec euaneſcat in huiuſmodi bono, conſiderare debet, primò, vt eius ſpes ſit circa verè bonum, & nō apparens bonum, vt eſt amor, & poſſeſſio voluptatum, diuitiarum, & huiuſmodi, & huiuſmodi eſt etiam arduum, id eſt difficile acquiſitu, & futurum, & poſſibile acquiſitu, & ſibi conueniens; redditur verò ſpe plenus ob nobilitatem, potentiam, & diuitias; & erit bonæ ſpei, ſi animo vigoroſo, Dei auxilio confiſus, quæret media opportuna, quātum in ſe eſt, ad defendendum, conſeruandum, & promouendū verum Dei cultum, & diuina inſtituta, nec diffidere in hoc debet etiā ſi magna non adſint ei auxilia, vt numeroſus exercitus, Deus enim dat opem, vbi de eius honore agitur, vt patet de Gedeone Iudicum cap. 7. & Dauid in aggrediēdo Golith. 1 Reg. 17. & Ionathas. 1. Reg. 14 & Iudas Machabæus. 1. Mach. 3. dummodo faciat

Princeps q̄ ſperare debeat, & qua non.

faciat quod in se est, vt prouideat quatenus possibile est de medijs necessarijs, aliter id esset Deum tentare, si eius specialis non adsit reuelatio. Secundò, erit bonæ spei, si contenderit defendere bonum publicum secundùm facultatem suam, de necessarijs prouidendo, videlicet exercitu valido, & sano consilio, quibus habitis intrepidè se opponere debet bonum Reipublicæ opprimentibus, vt fecit Saul. 1. Reg. 11. in principio regni sui. Tertiò, debet esse bonæ spei in defendendis priuatis bonis, se, vxore, liberis, facultatibus, &c. contra inuidos, de opportunis prouidens ad resistendum eis.

36 *Princeps desperare, vel præsumere de se non debet, & quō.*

Circa desperationem, cauere debet Princeps, ne ex animi vilitate, & inertia, ac nimio sui amore, quo efficitur mollis, omittat defendere bonum diuinū publicum & priuatum, is enim destructor est Reipublicæ, & sui ipsius, nec meretur, vt fœmina vilis dominari, vt fecere exploratores missi per Moysem, exceptis Iosue, & Caleph. Num. 13. Secundò, vitare debet ne de se nimis præsumat, aggrediendo quæ non oportet, sine consilio, sed iuuenili furore, is enim demum se, & regnum perdit, vt Roboam. 3 Reg. 12. modo, vt ibi habetur, vtrunque enim est vitiosum, si speretur minus quàm oportet; cum id proueniat ex timore, vel si plus, cum id procedat ex ignorantia, quorum vtrunque Principem dedecet, & Reipublicæ pernitiem affert.

37 *Princeps q̄ timere debeat, & qua non.*

Circa timorem, qui est de malo arduo futuro, duo extrema vitare debet, primò, ne careat omni timore, aggrediendo quodcunque periculum absque consideratione, & consilio, vbi non est aggrediendum, vel sine debitis medijs, vnde Principi interitus aduenit, & etiā subditis: vt Pharaoni Exo. 14. & Naas Regi Ammonitarum. 1. Reg. 11. Benadad Regi Siriæ. 3. Regum 10. Achab Regi Israel. 3. Reg. 22. Sennacherib Regi Assiriorum. 4. Reg. 19. & Antiocho græcorum Regi. 2. Machab. 9. sed debet timere timore debito, scilicet quando ratio dictat timendum, & audere audacia moderata, quando

quando ratio dictat audendum, quæ passiones moderationem accipiunt à fortitudine, quæ moderatur timorem, & fortitudinem: Vnde laudatur Dauid. 1. Regum 27. qui timens insidias Saul fugit ad Achis. Vnde si moderatè timet erit bene consiliatiuus. 1. Reth. cogitando vires suas, & prouidendo de medijs necessarijs, & consulendo eos in quibus confidit, non tamen debet immoderatè timere, aliàs fiet stupidus, inconsiliatiuus, & inoperatiuus: stupidus, quia ob timorem calor reducitur ad cor principium vitæ, & relinquit membra debilitata, & stupida, & rationis discursus interciditur, & inoperatiuus, quia ipsum facit diffidentem.

38 *Princeps, vt iram vitare debeat.*

Circa iram, quæ prouenit ex tristitia ob malum superueniens, quod homo conatur à se repellere naturaliter, & differt ab odio, nam odium est appetitus mali alterius simpliciter, idest sine mēsura, odio enim prosequens cupit destruere eum quem odit absolutè tam in re, quàm in persona, vnde semper est peccatū, ira verò cupit malum alterius non absolutè, sed quatenus penè sat est ad condignam vindictam, vnde & potest esse sine peccato; & quòd ira est de malo illato irascenti, odium etiam extraneis, & ira sæpè contenta est causare tristitiam in eo contra quem irascitur, ideò satis est ei quandoque verbis eam euomisse, odium verò non est contentum verbis, sed intendit ad facta, etiam fingendo amicitiam, & iratus intendit semper vt sciat is cui nouit id, odiosus verò id nō curat, dummodo ferat nocumentum, & ex alijs, de quibus aliàs, debet Princeps præcipuè odiū deponere, id enim dedecet Principem ob magnam authoritatem, quam habet in subditos, ex quo magnum eis afferre posset nocumentum, & est semper peccatum, si habeat respectum ad naturam, secus si ad vitium, sic enim potest & debet odisse malos, eos, sine liuore tamen, iuris ordine seruato, puniendo. Quo verò ad iram, si præcedit

actum,

actum, & iudicium rationis, quod fit quando appetitui proposito aliquo contristatiuo, statim surgit ira vehemens, sic est comprimenda, sic enim impetuosè insurgit per sanguinis ebullitionem, maximè apud eum apud quem est summa potestas executiua, quod perturbat rationis vsum, & assimilatur seruo nimis festinè exequenti mandatum Domini, non audienti perfectè eius voluntatem, vnde & sæpè facit cõtra eius præceptum, sic fit de ira, quæ dum impetuosè consurgit, mouet iratum ad vindictam, non considerando rationem dictantem, an sit, quo tempore, & quo pacto vindicta facienda, vt fecit Holofernes, qui in iræ impetu fecit duci Achior in Bethuliam occidendum cum Hebræis, Iudith 3. qui & erroris sui pęnas dedit. ibi.c.11. imò, & ira si sit vehemens excæcat vsum rationis, quia per iram sic exurgentem, accẽditur sanguis circa cor, vnde eleuantur spiritus calidi ad caput, vt fumus ex igne, qui spiritus sic perturbant sensus interiores maximè phantasiam, & cogitatiuam, sine quibus anima hic nil intelligit, quòd iratus amittit vsum rationis, quia licet intellectus non sit affixus organo corporeo, nil tamen intelligit, nisi illi deseruiãt ordinata, & quieta phantasmata, & is assimilatur insano: vt dicit Philosophus 2. Rhetor. & Seneca. lib. de ira, ergo fugienda. Secundò, ira quandoq; insequitur iudicium rationis, & si tale agendum sit, quod sit peruersum, & ratio decipitur, est pessima, quia est instrumentum sæuiendi in tiranno, & iudice corrupto, vt fuit Saul contra Dauid. 1. Reg. 18. si verò iudiciũ rationis sit rectum, quo concluditur aliquod delictum esse puniendum secundùm legem, & ad aliorum exemplum, tunc in Principe est bona, quia excitatur in eo vt organum rationis, vt viriliter exequatur quod dictat ratio, exequendo quod iustitia dictat, cum clementia tamen iuncta, nisi vbi de re graui ageretur, vt de contemptu diuini cultus, quia sic iustitiæ rigor est seruandus in re magni mo-

momenti, vt fecit Mathathias. 1. Machab. 1. in re tamē non graui, vel cuius executio non profit ad bonū publicum promouendum, laudabilius est in Principe vti æquitate, sed non sine iustitia.

39 Princeps Zelum vt moderari debeat.

Idem etiam Princeps moderari debet alios animi affectus, licet minus principales, videlicet zelum, qui est amor intensus, ne sit in eo immodicus circa bona corporea, quatenus non vult consortium in re amata, nisi sit talis, vt ei soli conueniat, vt vxor, quam custodire decet, sed non de facili malè suspicari, zelus tamē circa res spirituales, vt virtutes acquirendas, & custodiendas, & diuinum honorem, est bonus, si tamen omnia debito loco, & tēpore, & prudentia adhibita fiant. Circa nemesim, quæ est indignatio de prosperitatibus malorum, qui id non merentur, non est culpanda, sed non decet Principem, qui considerare habet ea in quibus mali prosperantur esse bona caduca, & quæ ideò boni nomen nō merentur, cauere tamen debet ne eius culpa prosperentur, vt quia ijs beneficia largiatur, vel eorum crimina dissimulet. Circa verecundiā, quæ est bona cum consurgat confusio ex malo acto, non decet Principem, cum nō deceat eum aliquid operari, cuius verecūdiam suscipere debeat. Circa inuidiam, quæ est tristitia de bono alicui superueniente, quo ipse caret, & vellet habere, abesse debet à Principe, quippe qui omnibus bona communicare habeat, nullius bonum sibi displicere debeat, nisi vt supra. Gratia tamen absolutè Principem decet, idest, vt beneficia liberaliter, & gratis dignis, & bene meritis subditis largiatur, vt animentur ad virtutes, & spontè, ac pacificè obediant, & eius probitas, & gratitudo declaretur, vt fuit Dauid. 2. Reg. 2. 9. & 19. Misericordia quoque, & clementia propriè Principi conueniunt, cum vices teneat Dei. Prou. 8. cuius est proprium misereri. Lucæ 6. & clementia Princeps honoratur. Prou. 20. vt supra.

Et maximè Princeps passiones animi, & actiones

per

per actus virtutum, fidei, spei, charitatis, iustitiæ, temperantiæ, fortitudinis, prudentiæ, moderari debet, modo quod in tractatibus dictarum virtutũ supra latè est actum, lib. de Ciuili Institutione, sub tract. de Virtutibus ciuis; per quas virtutes etiam domare debet passiones, quæ in senibus frequenter euenire soleat, si ipse sit senex, imitandoq; quod in eorũ ætate solet laudabile esse, & primò, vitando, quod in ipsis solet sæpè contingere, ex Arist. 2. Rhet. ꝙ sint nimis increduli, in nullo ferè fidendo, cum in multis decepti sint ob longas, & multas actiones expertas, non tamen Princeps debet esse nimis credulus, vt habetur Eccl. 19. cum nimia credulitas sit quid puerile; & si esset in Principe, multa concederet quæ non essent concedenda, vt contigit Dauid. 2. Reg 16. & minus debet esse nimis incredulus, quia si sit duræ ceruicis, ad impietates se conuertet, & se, ac populum periculo committet, vt contigit Saul, qui quoniam noluit credere Ionathę bona de Dauid nuntianti, ad persecutiones immanes deuenit, & Achab. 1. Reg. vlt. sed medius inter vtrunque incedere debet, declinando modo ad hanc, modo ad illam partem consideratis qualitatibus personarum, & alijs circunstantijs iuxta dictamen rationis. Secundò, vitare debet, quod solet in senibus sæpè contingere, quòd sint suspitiosi; cuncta in malam partem interpretãtes, quia cum diu vixerint, & in aliquo fortè peccarunt, mensurant aliorum dicta, & facta iuxta id quod ipsi fecerunt. 2. Rhet. & si Princeps sic assuescet, paulatim fiet seuerus, immitis, & iniustus, ac populo odiosus: vt patet de Anon Rege Ammonitarum. 2. Regum 10. sed debet, quæ apertè mala non sunt in meliorem partem interpretari, & sæpè dissimulare se non aduertere, nisi concurrant signa sufficientia, & aliæ circunstantiæ aliter suspicandi, maximè vbi de re graui contra honorẽ Dei, bonum publicum, vel proprium ageretur. Tertiò, vitare debet, quod in eis contingere sæpè solet, ꝙ sint

40 Princeps senex, vt senum inclinationes moderari, & quas ex eis sequi debeat.

formidolosi ob frigiditatem, quæ viam parat formidini: vt dicit Philosophus loco cit. ob mala, de quibus supra, vbi de hoc est actum, iuxta distinctiones ibi assignatas. Quartò, vitare debet, quod in ipsis solet contingere sæpe, quòd scilicet sint illiberales, tum quia se vident amplius ob vitium defectum lucrari non posse, & sine facultatibus sustentari non valere, ideò student earum conseruationi, & fortè multas indigentias sunt passi, vt dicit ibi Philosophus, quod vitare debet Princeps, cũ illiberalitas faciat ministros fures, & nil præclarè gerat auaritia reuocatus, quæ maximè Principem dedecent. Quintò, vitare debet, quod in ipsis euenire sæpe solet, quòd sint modicæ spei, verentes ne in omni arduo deficiant, cum spes sit de futuris, nec sperent se multum victuros, ideò nõ sperant multum, & delectantur tantum in memorando præterita, vt ait Philosophus, loco cit. Princeps verò debet esse bonæ spei, vt supra est dictum, aliter in omni agendo defectu spei deficeret, & nil dignum aggrederetur, & se ac subditos perderet. Sextò, vitare debet, quod in ipsis solet frequenter vitiosum esse, & euenire, quòd non de facili verecundentur, verecũdia enim surgit eò quia quis appetit honorari, & æstimari, & consequenter timet contrarium, at senes, vt deficiunt calore, & vita, sic & animi vigore, ideò non curant multũ æstimari, & quæ ante magni faciebant, ridicula eis videntur, vnde magis student vtili, quàm honori. 2. Rhet. at in Principe debet esse oppositum, quia eius primum studium debet versari circa ea quę sunt ad bonum subditorum, & honorem verũ, non aũt ad proprium commodũ, & sic verecundari bonũ est; in hoc sensu, vt supra, timere, & cauere ne quid agat de quo verecundari habeat, cum aliàs verecundia, vt supra, Principem dedeceat, ratione dicta. Idem tñ imitari debet quæ in senibus commendantur, quòd scilicet sint in cõcupiscentijs remissi ob frigiditatem; patiẽtes, & misericordes, & in ijs quæ

natura

natura variabilia sunt, nil pertinaciter affirmant, vel negant, sed in omni re dubitatiuam dictionem apponunt, ob frigiditatem, & ob id quoque, quòd tardè, & maturè, & consultè se habent in operibus suis, ac grauiter, quæ in Principe commendantur, dummodo debitas metas non excedat.

Quòd si Princeps iuuenis sit, vitare debet, quæ in ipsis sæpè inueniri solent cum vitio; vt scilicet sint sequaces concupiscentiæ, & passionum, maximè venereorum, & cibariorum, ac potus, ob calorem in eis dominātem in quo vigoratur vita, corde verò, & corpore calefacto, surgunt concupiscentiæ, maximè quò ad operationem generatiuam, & vegetatiuam, Princeps verò passiones frænare debet, maximè iræ, & venereorū, aliter p̄sideret, vt canis rabidus, & equus emissarius: vt habetur Ierem. c. 5. & suo exemplo alios ad interitum à bono virtutis aberrantes adduceret. Secundò, vitare debet, quod in iuuenibus euenire sæpè solet, q̄ sint vertibiles, & in paucis sibi constent, cum in ijs humores, ac spiritus sint in continuo motu, vnde citò cōciliant amicitias, citò eas dissoluunt, vt dicit Philosophus 2. Rhet. at Princeps debet esse constans in bono post debitum adhibitum consilium, aliàs subditis contemptibilis fit. Tertiò, vitare debet, quod in eis vitio sæpè ascribitur, quòd sint nimis creduli, cum adhuc in multis non sint decepti, & alios ex seipsis mensurent: vt dicit Arist. loco cit. at Princeps non debet, vt supra, nimis facilis esse ad credendum, aliàs, cum in aula adsint adulatores, seditiosi, susurrones, & huiusmodi, nisi rectè cōsideret qualitates loquentium, & alias circunstantias, facilè à vero aberrabit. Quartò, vitare debet, quod in iuuenibus solet quandoq; euenire, vt sint contumeliosi, & iniuriatiui, cum sint ex spirituum feruore, animosi, & magnæ spei, vnde prouenit, quòd cupiant alios præcellere, vel non minores videri, & si vident aliquod opponi impedimentum, fiunt impatien-

41 Princeps iuuenis iuueniles passiones, & affectus, quas seq. vel moderari dēat.

tes,& si aliter id tollere non possunt,deueniunt ad contumelias,& iniurias,non ex mala dignitate,sed ex ebullitione iræ,vnde & facilè eos pœnitet: vt dicit Arist. de lib.2. at alicui iniuriam inferre Princeps non debet, aliter id est causa sediciosis, & corruptionis monarchiæ:vt legitur 3.Reg.16. Quintò,vitare debet,quod in eis contingere plerunque solet, vt sint mendaces, quia cum sint inexperti, & putent se plus scire, quàm sciant, omnia assertiuè de se dicût, vt quòd faciant de seipsis opinionem,quòd omnia sciât,cum tamen pauca firmiter cognoscant,vnde cum affirment,vel negêt quæ ignorant,vel non probabiliter sciût,de facili mentiuntur,& cum norint se errasse,nolunt tamen dictum reuocare,ne æstimentur deceptores : vt dicit Arist. d. lib.2.at Princeps mendacium vitare debet,cum hominem contemptibilem reddat, & Deo odiosum. Sextò, vitare debet, quod in iuuenibus euenire frequenter solet,quòd scilicet nimis agant in omnibus:vt idem dicit loco cit.vnde nimis amant,nimis oderunt,cum sint acutæ iræ,& excedendi cupidi alios,vt idem dicit, cû & concupiscentias,& iras habeant immoderatas, & acutas, vnde per excessum operantur, at Princeps moderatè,& cum consilio deliberato omnia agere debet, expectando tempus, & alias circunstantias in agendo opportunas; aliter si sinistrè eius res agantur, confunduntur, vt contigit Adoniæ 3.Reg.1. Econuerso verò Princeps retinere debet, quod in iuuenibus laudabile esse solet, vt scilicet sint liberales, quod maximè Principé decet,impêdendo in magnificis sumptibus tam publicè,quàm priuatè; animosi, & bonæ spei,ac magnanimi, cum Principis sit magna operari, & in ardua tendere pro conseruando Principatu, & Republica defendenda, nec esse suspitiosus, vt supra est dictum, prudens tamen sic nec facilè oîbus credens, miseratiuus, maximè in puniendis malis, attendens,quia cum homines pro maiori parte operentur mala.2.Rhetor. &

rari

rari sint boni. Gen. 6. q humana fragilitas requirit veniam, vnde Princeps, considerata propria, & aliorum fragilitate, debet esse miseratiuus, & clemens, vt supra est dictum, miseris compatiendo, & errantibus, ac eorum subleuando miseriam; & cauere demum ne quid faciat, de quo verecundari habeat, vt supra.

Quòd si Princeps in virili ætate sit constitutus, cum hæc ætas media sit inter iuuentutem, & senectutem, ideò in ea cõstituti secundùm inclinationem retinent medios mores inter vtrunque statum, & sic sunt laudabiles, & à Principe sequendi, modo quo supra est dictum.

Et cum Princeps sit omnium nobilissimus, & nobiles, qui sic dicuntur, qui orti sunt ex antiquis, & claris genere, vel Principatu parentibus. 2. Rhet. vel apud quos fuere ab antiquo diuitiæ magnæ, vitare debet, quod solet in eis esse sæpè vituperabile, videlicet q sint nimis honorum cupidi, cupientes semper honorẽ honori addere. 2. Rhet. quia sic fieret ambitiosus, & sũperbus, Princeps verò debet esse modestus, & proprio statu contentus. Secundò, quòd sint despectores suorũ maiorum, gloriantes se præclariora gessisse; quia sic fiunt odibiles, & ingrati. E conuerso verò imitari debet, quod in ipsis solet esse laudabile, quòd scilicet sint magnanimi ex eleuatione cordis ad imitandum res præclarè gestas à maioribus, & magnifici. 2. Rhet. & apti ad disciplinas ob delicatam educationem, ob quã apti sunt ad eas, vt & molles carne. 2. de Anima. & ne eas omittendo à plebe despiciantur, & affabiles, ex ciuili, & honesta connobilium, & conciuium cõuersatione, vt cõtra rustici, quia solitarij viuunt, rudes, & agrestes fiunt. Idem quoque Princeps, cum omnium sit ditissimus, vitare debet mores, qui in diuitibus vituperabiles esse solent, vt scilicet sint superbi, & elati, cum apud vulgus pecunia omnia bona æstimetur; ideò eas habentes animo efferuntur. 2. Rhet. & contumeliosi fiũt,

42 Princeps quos affectus nobilium moderari, & quos sequi debeat, vel diuitum.

quia cum sint elati, si vident alios velle eis æquari, vel superferri, superbia agitati, prorũpunt in cõtumelias, & iniurias. 2. Rhet. & molles, ac intemperati, quia cũ delitiosè sint nutriti, nil assueti sunt pati, & otio deditũ, in eis insurgit intemperantia, gulæ, & venereorum. 2. Rhet. & iactatores, ac despectores aliorum, cum videant sapientes magis egere diuitibus, quàm èconuerso, secundùm vulgus, cũ sapientes frequentent ianuas diuitum, non contra: vt dixit Simonides Philosophus, & Arist. 2. Rhet. & æstimantes se dignos principari, cũ apud vulgus ij soli, qui diuites sunt, digni principari tm̃ existimentur. 2. Rhet. quæ omnia à Principe abesse debent, non enim debet esse superbus, nec contumeliosus, nec despector alicuius, cum sic fiat odiosus, neq; intemperatus, vt supra, cum fiat contemptibilis, nec putare se mereri principari ob diuitias, sed virtutem; qui tamen imitari debet quod in eis laudabile esse solet, quòd scilicet vota Deo offerant, & eleemosynas pauperibus erogent, cum sciant diuitias prouenire nõ tam industria, quàm diuino beneficio, ideò se conuertunt ad diuinum cultum, 2. Rhet. vt & à Deo adiuuentur in nauigationibus, & itineribus, quæ peragunt pro diuitijs cumulandis, quod & Princeps imitari debet, quò ad affectum, non quò ad effectum, vt scilicet prædicta non agat, vt proinde à Deo ditetur, id enim esset petitio indebita, sed id agere debet, ratione recognitionis diuini beneficii, & auxilij impetrandi, & gratia boni exempli præbendi. Qui & imitari debet mores principantum; qui communiter sunt magis studiosi, ac probi, & virtuosi, quàm diuites non principantes, quia considerant se constitutos in oculis subditorum, vt signa in quos omnium oculi se conuertunt, ideò magis timent declinare à medio, quod non curant diuites non principantes. Secundò, sunt magis tẽperati, quàm opulenti priuati, quia exercentur in negotijs boni publici, & Reipublicę defensione, in iudicando, & huius-

modi,

modi, vnde in bono occupati non dant locum vitijs se ingerendi, quod contra fit de alijs diuitibus non principantibus, qui mox collectis redditibus otio se dant, vnde surgit intemperantia, vt inquit Arist. 2. Rhetor. Tertiò, quòd sunt minus iniuriosi, quàm priuati, quia cum sint in gradu honorifico, non curant, nisi quæ honore sunt digna, & dedignantur vindictam sumere de vilibus personis à quibus offenduntur, & si à magnis iniuriam patiuntur, dissimulant, vel non nisi iustè vindictam sumunt, ne notam ignominiæ incurrant, quod principantes facere debent, nulli iniuriam inferendo, nisi seruato debito iuris ordine, & iustitiæ necessitate id exigente.

Quod verò superius est dictũ, iuuenes, & alios aliquibus vitijs præ cæteris deditos esse, intelligitur quò ad inclinationem sensibilem, cùm aliàs in eorum potestate sit non consentire ijs inclinationibus, sed ratione ijs resistere, & reluctari: vt dicit Iau. in Politica Christiana, & dixi tract. de Pass. Animæ. optabile quoque esset, vt Princeps ante paruisset, qui enim paruit, scit, quod sub alio Principe voluerit, vel non, & ita qualiter cùm subditis sit agendum: vt dicit Arist. 3. Politic. Sen. lib. 2. de ira. Tacit. lib. 1. hist. & Dion. Halic. lib. 3. 43 *Inclinatio nes, vel passiones, vt intelligantur.*

Bona quoq; externa, præter animi virtutes, valdè conducunt ad rectam Principatus administrationem, videlicet Principis sanitas, corporis decorus aspectus, diuitiæ, potentia, munitiones, militum copia, arma, & alia, de quibus infrà, suo loco dicetur.


Quòd si Princeps nõ ex electione, sed sanguinis successione Principatũ adipiscitur, curandũ est, vt prædictas virtutes adipiscatur, & maximè Princeps eius pater oẽm curã in eo adhibere debet, vt significet eũ non ob proprium bonum, sed Reipublicæ genuisse, bonos ei institutores applicando, qui bonitate, scientia, experientia, & humanitate præstent, ex quorum exemplo, & monitis animus noui Principis rectè informetur, in

quo institutor omnem operam adhibere debet, cùm Principem instruens omnibus benefaciat, vt & cura habenda est, vt qui ei inseruiunt à vitijs alieni, & virtutibus præditi sint, qui & sic filium educet, vt patri Principi obedire norit, sic enim discretè præcipiet, & alios sibi, vt obediant, impellet, vt dicit Xenophon lib.1. num.60.

44 Sed quia non sat est Principem benè institutū esse, nisi & perseueret, cum multi initio, vel ante adeptum Principatum, boni viderentur, & postea mali, & perniciosi extiterint, vt Caligula, teste Suet. in eius vita. cap. 10. 13. & 14. Domitius Nero, vt idem dicit in Nerone. cap.26. & seq. Maxentius, vt idem dicit in Domitiano, Dionisius filius Dionisij, vt Iustin. ait lib. 21. quod eue nit ex nimia licentia, rerum copia, & malis ministris, vel quia initio se tales fingebant, vt regnarent, scientes clementiam omnibus gratam esse, vt dicit Tac. lib. 4. hist. Sallust. in Catil. & contra aliqui ab initio malè se gessere, & mutati sunt, vel ob bella, quæ reuocant homines à voluptatibus, vt fecit Alcibiades, Herodes Ascalonita, vt dicit Philo. lib. de temporib. & Manasses Rex, vt dicit Hier. in c. 1. Sophon. Cecrops, vt dicit Plutarc. de sera numinis vind. & alij quos refert quidam lib. 4. qui ex malis ab initio ad bonam frugem reducti sunt. Et ideò vtile est Principem à iuuētute benè educatum esse, vt partas virtutes seruet, & eas postea diligenter excolere, vt ad perfectum perueniant, earum actus frequentando, modis supra relatis, & vt infra dicetur, vt bonum contrahat habitum, quo promptè, & faciliter actus virtutum exerceat, & eas etiam à Deo precibus, & sacramentorum frequentia consequi curans, vt ita virtutes tam infusas, quàm acquisitas obtineat.

Princeps debet perseuerare in bono, & nō contra, cū multis exemplis bonorum, qui prius boni videbantur, & mali Principes euasere, & contra.

Finis Primi Libri.



DE PRINCIPE

LIBER SECVNDVS.

IN QVO, DE IIS QVAE AD rectas Principis operationes in regimine exercendas, peragitur.

SVMMARIVM.

1. *Princeps finem bonum in regendo sibi præfigere debet, & quis is sit*
2. *Princeps propriam politiam rectè formare debet, auferens ab ea quod est imperfecti, & quomodo.*
3. *Princeps grauia negotia, vt animi recreationes sumere debet, & quomodo.*
4. *Princeps bonum sui exemplum præbere debet, cum varijs argumentis.*
5. *Princeps an teneatur leges seruare, & quomodo, & quando sic, maximè quando transeunt in contractū.*
6. *Princeps quas animi relaxationes sumere debeat.*
7. *Princeps qualiter erga familiam, & custodiam corporis sui, & consanguineos, maximè successorem se habere debeat.*

De

De officio Principum. Cap. I.



OSTQVAM Princeps catholicus nactus est Principatum, vt in eius administratione, Deo dante, bene & laudabiliter se gerat, finem bonum præfigere sibi in primis debet, ad quem, velut ad scopum, actiones dirigat suas; vt enim sagittarius, nisi certum in sagitta emittenda scopum sibi præfigat, incassum laborat, & sæpenumero malum inde consurgit, sic multitudinis gubernator, & politicus administrator, nisi certum sibi in operando finem præfigat, à bono aberret, oportet, vt ergo in eo eligendo nequaquam erret; consideret se ad Principatum euocatum esse, non vt proprijs inseruiat commodis, & vtilitati, sed multitudinis bono prospiciat, & ob id ad illud omnes actiones suas dirigere debet, vt communitas, & multitudo fœlicitatem adipiscatur, qui est proprius rationalis creaturę terminus, sicut & gubernator nauis, ad nauis, & in ea extantium salutem respicit: vt dicit Plato lib. ciuil. vel de regno. Arist. lib. 1. Eth. c. 13. Xenophon lib. 8. de Pædia Ciri. D. Tho. lib. 1. de regim. Princ. c. 13. 14. & 15. Isocr. in Areopag. idem Plato in Euridemo. & li. 8. de Repub. fœlicitatem appello, quæ non in bonis tantum huius seculi, vt Aristoteles censuit, consistit, sed ad supernã refertur, vnde curare debet politicus administrator, & sibi proponere operandum, vt subditi ea bona adipiscantur, quæ vera, & propria bona existunt, & non per accidens, & illa exerceant, si enim quandoque corporis fortitudo, sanitas, species concurrunt ad hominis beatitudinem consequendam, id ex eorum natura non euenit cum sint caduca bona, & externa; sed quatenus ab animi virtute bene reguntur, videlicet à sapientia, & prudentia, cum fœlicitas

1 *Princeps finẽ bonũ in regendo sibi præfigere debet, et quis is sit.*

licitas

licitas in iis consistat, quæ essentialiter bona sunt, & non ex aliquo accidenti. Duæ si quidem in nobis rationales potentiæ existunt, vna essentialiter talis, alia per participationem, quatenus participat de ratione, & rationi apta est obedire, ut dixi supra tract. de Anima, & de Pass. Animæ; ratione prima ea quæ supra nos sunt conspicimus, quæ uerò sunt infra, illius regula cognoscimus, & gubernamus, quæ ratio superior dicitur; illa uerò, quæ participatiuè rationalis existit, appetitiui motus reguntur; vbi enim sapientia, prudentia, & scientia à ratione superiori, uel essentiali reguntur, facilè in parte appetitiua rationali, uel uoluntate, regnabit iustitia, temperantia, liberalitas, magnificentia, & magnanimitas, & in vi postea concupiscibili, & irascibili, fortitudo, temperantia, & mansuetudo proprias sedes obtinebunt. Hoc ergo animum intendere debet Princeps politicus, ut animos ciuium ad uirtutes intellectuales, & morales adipiscendas, in quibus fœlicitas præsentis uitæ extat, quæ in operatione hominis secundùm optimam uirtutem consistit, dirigat, modo quo infra, & ideò vt bene educentur, modo quo dixi lib. de Ciu. Instit. Vt uerò est Princeps Christianus, ut ad supernam fœlicitatem aspirent, quod fit per adeptionem fidei, spei, & charitatis, quæ nos immediatè Deo coniungunt, & Dei præceptorum obseruationem, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ, eos etiam bonis legibus, & exemplo communiendo, & ad bonum dirigendo, prudentia, prouidentia, & iustitia eos gubernando, ac cura, uigilantia, & animi magnitudine, eos tuendo, & ipsos, ut filios amando, cum imperium nil præter magnam familiã existat, modò quo infra; sibi ideò præfigendo, ut ciues rectam, & catholicam fidem amplectantur, spe supernam fœlicitatem expectent, & charitate, quæ omnia spernit, quæ Deo aduersantur, & eius institutis, ac legibus, eius maiestati indissolubili nodo iungantur; tum iustitiam erga proximos exer-

ceant,

ceant, temperantia motus cõcupiſcibiles effrenos, fortitudine iraſcibilis moderentur, prudentia quæ eſt recta ratio agibilium; omnes actiones rationis regula à lege, & præceptis Dei, & Eccleſiæ directa moderetur; moderatori etenim urbium beata uita ciuium propoſita eſſe debet: vt ait Cic. lib. 5. de Repub. vt opibus firma, copijs locuples, virtute honeſta ſit, vt ibi dicit, non vt is ſe molliter curet, ſed vt per ipſum ſubditi bene, beateq; viuant, vt dicit Xenoph. in memoral. Socratis lib. 3. cum ciuium tutela non ſeruitus illi tradita ſit: vt dicit Sen. lib. 1. de clem. nec Reſpublica eius ſit, ſed ipſe Reipublicæ, vt inquit Claud. ad Hon. & ideò ſemper inuigilet; cum maximo imperio maxima cura inſit, ad quę Princeps eos dirigere habet manſuetudine, ſuaſione, præmijs, & pœnis, ijs medijs vtendo quæ ad ea adipiſcenda cõducunt, vt eſt pax politica, & huius ſeculi bona nonnunquam, & alia de quibus infra; quæ cum non ſine magno labore comparari poſſint, ob id bonus Princeps in laboris ſuſcepti præmium, non gloriam humanam, vel huius ſeculi bona, ſed tãtum ſempiternam fœlicitatem expetere debet, & Dei Optimi Maximi gloriam, cum præmium bonorum Principum omnia alia præmia, quæ in cœleſti beatitudine donantur, excedat, vt probat D. Thom. lib. 1. cap. 9. ſuadens Principem ſibi tria, vt finē proponere debere, primò, vt multitudo ad cœleſtem beatitudinem dirigatur, pręcipiendo ea quæ ad ipſam ducunt, & contraria, prout poſſibile fuerit, prohibendo: ſecundò, curando, vt medium ad id, vt communitas in pace terrena connectatur: tertiò, vt bonis terrenis abundet, quatenus eorum vſus eſt neceſſarius ad actum virtutis exercendum.

Secundo loco, vt Princeps rectè officio, Deo dante, ſibi tradito fungi poſſit, initio regiminis à Deo poſtulet ſapientiam, qua creditam ſibi multitudinem rectè, & ad debitum finem, qui eſt fœlicitas ſupernaturalis, vt ſupra eſt dictum, perducere poſſit, cum omnium diffi- *2 Princeps propriam politiam rectè for-*

mare debet, auferens ab ea quod est imperfecti, & quomodo.

difficillimum sit animis damnari, & Rempublicam administrare, vt decet, vt inquit Plato epist. 7. Dionis propinquis. quanto magis considerarem, quantoque magis ætate progrederer, tanto difficilius arbitrabar rectè Rempublicam administrare, & Xenophon li. 1. de Pædia Ciri. mihi videbatur opus maximum, pulchrè imperare. & Naz. in apologet. verè mihi videtur esse ars artium, & disciplina disciplinarum hominem regere, qui certè est inter omnes animantes, maximè, & moribus varius, & voluntate diuersus. D. Tho. lib. 2. de regim. Princ. c. 15. vbi dicit, id transcendere naturã hominum; & ideò nisi diuinum præcedat auxilium, incassum sæpè Princeps laborat, vnde à peccatis cauendo, ex animo, opus, quod pro ipsius honore gerit maiestati suæ commendet, & pijs bonorum, maximè religiosorum precibus; & sacrificijs se etiam concredat, vt à Deo virtus sibi præstetur ad id munus piè, & cum fructu exercendo. Quartò, cum prudentia maximè in Principe elucere debeat, & prudentis sit, rectè, & cum ratione agere; & omnia impedimẽta bonæ administrationis auferre, ideò principans cõsideret quẽ statum politiæ retineat, qui si rectus sit, prouideat, & conetur ne corrumpatur, vel commutetur, sin minus rectus, omni conatu claboret, vt ad meliorem statum reducatur, vel si id absque tumultu, & seditione fieri nequit, auferat ab eo quod mali est, & ad interitũ ducit, curando in particulari, si sit politia status popularis, vt legibus multitudo regatur; quæ iustæ, & bene sint constitutæ, & curando, vt multitudo bene educetur, & in virtutibus exerceatur, vt ita cum multitudo optima sit, ad Rempublicam pölitia illa sensim reducatur, in qua boni, & docti gubernent, & regant, & seditiones quæ in multitudine contingere possunt, cohibendo; si verò sit status potẽtiæ paucorũ, illum sensim ad statum optimatum reducendo, quod fiet si optimis magistratus deferantur, & non diuitijs, sed virtuti honor

dor præstetur, si sit Respublica, cauendo, ne ad politiã popularem reducatur, quod fiet si filij in virtutibus bene erudiantur, & bonis regimina tantum committantur. Quòd si sit status optimatum, cauendo ne ad potentiam paucorum declinet, quod fiet si bonis tantummodo magistratus commendentur; si sit tirannis eam reducendo ad statum regalem, quod fit si caueantur illa quæ supra lib. 1. cap. 4. dicta sunt, signa esse tirannicæ administrationis. Quòd si sit regnum, cauendo pariter ne ad tirannidem declinet, quod fiet si ibi commemorata vitentur.

3 Princeps grauia negotia, vt animi recreationes sumere debet, vt quare.

Qui vt facilius, & aptius regat, grauia negotia, vt animi recreationes, æstimare, & suscipere debet, nec eã omittat: vt dicit Tac. lib. 4. Ann. nu. 51. & licet infirmus sit, negotia non debet dimittere, ne beneuolentiam, & authoritatem amittat, nisi infirmitas grauis sit, quia tunc populi conspectui se exhibere nõ debet, vt idem dicit lib. 4. Annal. nu. 202.

4 Princeps bonum sui exemplum prabere debet, cũ varijs argumentis.

Maximè verò sui bono exemplo subditos ad bonum promouere debet, cum non animis solum, sed & oculis debeat seruire ciuium, vt ait Cic. Philip. 8. & proinde libidines, & voluptates contemnere debet, & desiderium auri, & argenti abijcere; religionis virtutem, & aliàs sequi, & populi vtilitati, magis quàm voluntati consulere, vt docet & Claudianus. serm. de honorij consulatu. & Ouid. ep. cõsolatoria ad Liuiam, cum in alta specula positus sit, in quam cuncti conspiciunt, vnde viuendi formam desumũt, vt iidem dicunt, & proinde de alto cadere graue est, vt dicit Sen. in Thebaide; & contra beatus sit diues, qui inuentus est sine macula. Eccl. 31. cum non desint, qui, eò quòd seipsos custodire nesciere, à magno gradu Principatus decidere: vt Cræsus à Ciro deuictus, licet ab eo post liberatus, qui Solonem inclamauit, quòd humanam ei instabilitatem ante aperuerat: vt ait Plut. in vita Solonis. & Herod. in 1. quod & Antiochus cognouit postquam ca-

ptiuus

ptiuus est detentus, Achæus Andromachi filius, & ad eum adductus: vt dicit Polib lib. 8. hist. & Dionisius Minor; Sesostrisq; Rex Aegyptiorum, qui captis quatuor Regibus in currum impositis, cum vnus eorum rotam inspiceret, Sesostri interrogante quid ita aspiceret; respondit se rotam inspicere, quæ instabiliter mouebatur, modo sublimia demittentē, & rursus demissa sublimātem: quo audito Sesostris statuit, ne in currum traheret, intelligens quàm obnoxius sit mutationi status fœlicitatis: vt dicit Niceph. lib. 18. hist. eccl. c. 29. Quæ Dei permissu contingunt, vt aduersis, & prosperis intermixtis agnoscant homines quantum sit fragilitatis in his mundi gloriolis, nec hic esse veram fœlicitatem, sed in alio sęculo expectandam: vt dicit Basil. in Psal. 32. quod & Nabuchodonosor agnouit postquā afflictiones est passus. Dan. 4. & Darius apud Quinct. Curt. lib. 4.

5 *Princeps an teneatur leges seruare, & quomodo, & quando sic, maximè quādo transiunt in contractum.*

Quòd si quæratur an Princeps legibus teneatur. Resp. quòd suis legibus non tenetur, nec prædecessoris sui æqualis. l. Princeps. ff. de legib. c. 2. §. subiaceat igitur. nouella 105. & consentit Dio. Cass. lib. 53. Arist. li. 3. Polit. c. 12. vnde initio omnia manu Principum, & arbitrio in populo agebantur, vt dicit Iusti. in 1. & habetur in l. 2. ff. de orig. iur. qui proinde etiam eas potest mutare, quod sæpè expedit, moribus, vel temporibus ita poscentibus. c. erit autem. dist. 4. cum & debeat esse differentia inter iubentem, & eum qui obtemperat.

Solent tamen boni Principes leges latas à pręcessoribus bonas, & vtiles Reipublicæ confirmare, & retinere, & collapsas restituere, & sic efficere eas, vt suas. l. 2. §. omnia. C. de vet. iur. enucl. cap. si apostolicæ. de præben. in 6.

Idem etiam debet, & tenetur seruare legem, quò ad rationem in ea contentam, vel ius diuinum: vt dicit Plut. lib. de Regno. & Cic. orat. pro Milone. quæ cū sit naturalis, ab ea deuiare non licet: vt refert Philostr. lib. 8.

lib. 8. l. digna. C. de legib. l. 3. C. de testam. l. ex imperfecto. ff. de leg. 3. c. fin. de rescript. in 6. & probat Arist. lib. 3. Polit. cap. 11.

Præterea ligant leges superioris Principem in eo in quo is est illi superior. Rom. 13. c. quanquam. 23. dist. vnde legibus canonicis obedire debet. 1. Petr. 2. c. omnis. c. solitæ. de maior. & obed. c. 1. de constit. in ijs maximè, quæ animam concernunt. c. nouit. de iudic. cap. omnis. vbi Abb. de pœnit. & remiss. & in omnibus spiritualibus, & illis admixtis, c. tuam. de ord. cogn. cap. pen. & fi. de secun. nupt. in negotijs ecclesiasticis, vt electionibus, &c. clem. dispendiosam. de iudic. in hæresi, & alijs criminibus ecclesiasticis. In temporalibus verò quælibet lex seruatur in foro suo. cap. 1. & 2. de noui oper. nunciat.

Legibus verò alterius Principis paris Princeps non ligatur. c. per venerabilem. qui filij sint leg.

Vlterius, vbi lex Principis transit in contractú, non potest reuocari in præiudicium eorum quibus ex ea quæsitum est ius. Innoc. in c. nouit. de iudic. vt & priuilegia quæ conceduntur à Principe in vim pacti, nó possunt reuocari. Anch. in c. 1. de constit. in 6. vt & ligatur lege contractus initi. Bal. in l. 2. C. de seruit. Abb. & alij in cap. 1. de probat. Dec. cons. 151.

Et nedum Princeps ligatur proprio contractu, sed & tenetur stare contractui inito per præcessoré, quando est factus nomine dignitatis, nisi fiat præiudicium his quæ adhærent dignitati principali, quæ dicuntur iura Regni, diadematis, & coronæ, nisi sit modicum quid, & subsit causa, vel nisi Principatus liberi sint possidentis, vt pluribus probat Greg. Tolos. de Republic. lib. 7. cap. vlt.

Cumque homini necessariæ sint quandoque animi relaxationes, vt & quies corpori, vt ad negotia peragẽda alacrius, & vegetius reddatur. Iccircò Princeps nó aspernetur eas animi relaxationes, quæ eius dignitati con- *6 Princeps quas animi relaxa*

tiones sumere debeat. congruant, nec à virtute recedāt, vt hastiludia, cursus, saltus, armorum exercitia, spectaculorum honestorū celebratio, venatio, &c, vt dicit Xenoph.lib. 1. Pædiæ Ciri.nu.7.& lib.8.nū.12. Musica quoque, licet è Principis dignitate non sit, vt eam frequenter exerceat, publicè præsertim, eam tamen possidere, & quandoque exercere laudabiliter debet; Vnde Temistocles, quia lirā in epulis recusauit, habitus est indoctior; cauens etiam ne scurras, mimos, & id genus in mensis adhibeat, sed viros doctos, qui facetijs vtentes doceāt quoque, & ad præclara opera animos excitent, & cū à negotijs vacat, legendo libros, vbi de rebus moralibus Mathematicis, regimine Principum, & à maioribus, laudabiliter gestis agatur, vt Alexander seruabat: vt dicit Plut.in Alex. per loca amena, & viridaria inambulando, summèq; cauens à meretricum commertio, vel alijs turpibus actibus, ludisve vetitis.

7 *Princeps qualiter ergafamiliā, et custodiā corporis sui, ac consāguineos, maximè successorē se habere debeat.* Is quoque cogitans se, vt signū positum esse ex quo omnes viuendi exemplum desumunt, in primis familiæ suæ, post seipsum, curam habere debet, vt & sibi fidelis existat, & bonum alijs viuendi exemplum præbeat. Iccirco operam det, vt eius consanguinei modestam ducant vitam, nemini iniuriam irrogando, vt docet Arist.lib.5.Polit.nu.93. studens, vt sibi amici existant, magis cæteris honore eos afficiendo, & in regiminis partes eos assumens, vt dicit Xenoph.lib.8.Pædiæ Ciri.nu.36. qui si malè se habeant eos exilio, carcere, vel alia ratione corrigat, summam maximè curā adhibendo in eorum educatione, qui sibi sunt successuri, iuxta ea quæ superius sunt dicta Principem decere, & præsertim, vt à propria matre, vel nutrice corpore sana, & incorruptis moribus prædita, ablactentur; doctis, ac optimis custodibus erudiendi consignentur, qui caueāt ne vitijs inquinentur, & curent vt erudiantur in Dei cultu, & religione, & animi eminētibus virtutibus comparandis, & disciplinis Principi congruis adipi-

adipiſcendis, nempè arte dicendi, Mathematicis, morali, & politica Philoſophia, necnon naturali, & diuina, & legum ſcientia, vt dicit Plato lib.5.de Republ. nu.13.& ep.7.nu.2 ac regia diſciplina, & gymnaſtica, & variarum linguarum intelligentia, ac ludis, pilæ, & venatione, curſu, ſaltu, & maximè, vt diſcant legibus obedire, cum is rectè imperare non valeat, qui ante obedire non nouit, vt dicit Ariſt.lib.7 Polit.nu.22.Plato lib.6.de legib.nu 8.vt & vtile eſt Principi, & principatui, ſi ſucceſſor non ſit in incerto, cum ita populi ad noua non aſpirent, theſauri non diripiantur, nec aliud turbulentũ oriatur, dummodo id iuſtè, & legitimè fieri poſſit. Nec minor cura Principi eſſe debet circa familiarium ſuorum cuſtodiam, cum ex natura, & moribus ſeruorum coniectura capiatur qualitatum Principis, vt dicit Demoſt. Phil.2. domo icci rco alienans turpes homines, & infames, ſcurras, ioculatores, & id genus, & curans, vt quiſq; negotio propoſito aptus ſit, facilè tamen eos nõ dimittens, qui ſibi, vel maioribus ſtrenuè ſeruierunt, ne indignatione moti, noua attentent, & vbi alicui diffidit, eum cum honore dimittens, & ob id curando, vt beneficijs animos familiarium ſibi deuinciat, eos quoque in præſentia aliorum Principum cõmendando, & nominibus honorificis illos appellando, vt dicit Iſocr.ep.4 Xenoph.Pædiæ Ciri.li.5. cauens tamen ne nimis familiariter cum eis verſetur, ne eum ſpernant, nec nimis rigidè, ne odio illum proſequantur, vt dicit Ariſt.lib.2.Polit.nu.16.eam alendo familiam, quæ ſtatui ipſius congruat, & ſuperfluos dimittens, ne id cum populorum diſpendio agat; qui & cauere debet ne aliquem familiarem ita extollat, vt cũ eo mox authoritate, & potentia contendat: vt dicit Dion.lib.52.nu.62.nec honores per ſaltus temere, ſed per gradus dando, vt ante in minoribus quis probari poſſit, & ne alicui negotiorum ſummã concedat, abſq; eo quòd mox inquirat quid agat, cum is poteſtate ſibi

tradita, cum Principis dedecore, & odio aliorum, abuti possit: vt dicit Tacit. lib. 4. Annal. nu. 138.

Qui & circa corporis sui custodiam, si erga subditos se habeat, vt decet, potior non est ipsis subditis, beneficijs, & virtute deuictis, cũ & tutior sit, & fidelior, ac diuturnior, quàm mercenariorum, & externorum: vt dicit Isocr. de regni admin. nu. 18. & Xenoph. lib. 8. Pædiæ Ciri. nu. 13. cùm Princeps politicus voluntarijs imperet ad eorum bonum, & iuxta leges, tirannus inuitis, & ad proprium commodum. Vbi tamen dominium nouiter est obtentum, vel populi turbulenti sint, nec iuxta leges, & iustitiam viuere velint, armatorum custodiam assiduò adhibere coram se debet, qui præcipuè fideles existant, nec exteri sint à patrijs suis ob delicta proscripti, vel aliàs homines turpium morum; sed subditos seligat si ex veteribus sint, & ijs deficientibus, exteros, fortes, veteranos, & fideles, quos beneficijs, & liberalitate sibi deuinciat, & hodie omnes ferè Principes vtuntur custodia Germanorum, vt qui alijs nationibus sint simpliciores, ac magis laboriosi, olim verò Augustus duas turmas militum sibi inuicem contrarias, pro custodia sui corporis, sibi asciscebat, vt si vna quid noui attentare vellet, alia illi se opponeret, qui nec tanti numeri extent, vt iustum exercitum formare possint; qui & nunquam, etiam in thalamis, arma à se discingat, ne inermis inuentus, à prauis tuto opprimatur.

8 *Princeps multos, & bonos adiutores, ac ministros suscipere debet, & quos, &*

Idem etiam Princeps, vt bene regat, vt bonum finẽ sibi proponere debet, sic de medijs necessarijs ad debitũm finem perueniendi sibi consulere habet, qui cum vnus sit homo, & ad prædicta peragenda multa opus sint adiumenta, ideò multis egebit Princeps adiutoribus, qui multitudinem ad debitum finem perducant, quos tales ideò seligat, qui id aptè p̃stare possint, qui in primis, adulatores procul à se pellere debet, cũ adulator sit bestia omni humano generi pestilens: vt dicit

Plato in Phædro: & maximè Principibus, cum infidũ genus fint: vt dicit Athen.lib.2.hist.patriæ, & virtutis inimici: vt dicit Plut.lib.de discrimine adulatoris, & amici: & ex alijs quæ refert Tolos. lib.8. de Republ. c.10. administri enim Principi sunt necessarij, sapientissimus enim is est, cui, quod opus est venit in mentem, proximus huic qui alterius bene inuentis obtemperat: vt dicit Cic.pro Cluentio.& Liu.lib.22. & licet prior sit optabilior, tamen secundus non contemptibilis est, vel vix alicui primum contingit; vt ibi dicit Liu.& in gubernatione maximè opus est adiutoribus, cum Princeps sua scientia non possit cuncta complecti, nec vnius mens sit tantæ molis capax: vt dicit Tacit.lib.1.& 3.Ann. Ideò alios in curarum partem adsumere debet, vt idẽ dicit, certus, magna negotia, magnis adiutoribus egere, vt dicit Vell.lib.2. quod maximè in Principibus contingit, vt ait Tacit.lib.12. Ann. & in omni æuo videre licet viros eminentes, magnis adiutoribus ad res suas gubernandas vsos esse, vt dicit Vell. lib.2. qui sunt velut multi Regis oculi, & multæ aures. Xenoph lib.8.Pædiæ Ciri.& si quis vult solus omnia regere, superbus magis, quàm sapiens dici videtur: vt dicit Liu.lib.44. amicos enim Principi opus est habere, vt dicit Plin.Paneg. cum illis non sit maius imperij instrumentum, vt dicit Sallust. in Iug. & Xenophon ex Ciro.lib. 8. Ij verò sunt qui publicè Regi inseruiũt, vt Præfecti, Præsides, Iudices, Duces, & huiusmodi; & priuati, qui in aula viuunt, quos decet ex bonis, & nobilibus, nisi ignobiles sint virtutis præstantis, parentibus ortos esse, vt dicit Arist.lib.1. Polit. si tamẽ & ipsi boni sint, quod maximè in ijs desideratur, vt dicit Capitol.in Alex. aliàs nil eis committendum, vt dicit Cic.ad Q. Frat.ep.1. vt nec ambiguis, de quorum scilicet bonitate dubitetur, vt ait Tacit.in Agric. cum culpa ipsorum in Regem redundet, vt dicit Isocr.de regni admin. num.33. qui & ingenio

quales q̃ esse debeãt, maximè cõsiliarij, & quid circa eos agẽdũ, et cõsilia.

præstare debent pro eorum munere, vel ad ciuilia negotia, vel bellica destinentur: vt dicit Plut. in Polit. & Tac. lib. 6. Annal. Tiberius tamen non eminentes virtute quærebat, ne quod inde sibi periculum imminetet, sed medios eligebat: vt dicit Tacit. lib. 1. & 3. Ann. contra tamen est fiendum, si præstantes virtute, sint boni. In quorum ministrorum electione attendi non debent potentum commendationes, sic enim mali, vt plurimum præualerent, & malè administrarent, cum Principis dedecore, & odio populi erga eum, vt dicit Arist. lib. 2. Politic. nec etiam in ijs diuitias respicere debet, vt idem dicit loco cit. & Plato lib. 3. de Legib. nu. 11. qui tamen in paritate virtutum alijs præponi debent, cum officia maiori cũ dignitate administrent, & populorum timore, ac reuerentia, magistratus præsertim; vt & non vacat periculo officia magni ponderis inopibus, nisi sint spectatæ virtutis, & probatæ conferre, ne venales sint cum boni publici dispendio, vt dicit Plato lib. 7. de Republ. nu. 5. sed eos eligat qui alijs, virtutibus moralibus præstent, & negotio aptiores sint, ab auaritia alieni, & munerum acceptione, nec officia ambiant, & sint temperati. Plato lib. 3. de legib. nu. 11. lib. 6. nu. 2. & 7. de Republ. nu. 6. & 12. de legib. Arist. lib. 5. Polit. nu 51. lib. 6. c. 5. vni plura negotia non committens, & malè se habentes corrigens, & sub sindicatu, deposito officio, eos redigẽs. Arist. lib. 2. Polit. num. 26. & lib. 6. nu. 4.

Hi verò qui minoribus adstricti sunt negotijs in aula, obsequiosi esse debent, & vtiles, ne sint mures palatij. Tac. lib. 1. Ann audaculi. pudor enim, malus est militer regij imperij. Senec. Trag. Hippol. Maiores verò attendere debent, vt quòd iustè agunt non ex proprio commodo, sed Principis agant, & sine iactãtia, ij enim commendantur, qui in agendo otiosis similes sunt: vt dicit Plin. Paneg. & Vell. lib. 2. sic enim inuidia vitatur: vt dicit Tacit. lib. 16. Annal. qui & nil sibi ascribe-

se debent, sed ad authorem, & ducem omnem laudem referendo, vt dicit Tacit. in Agric. & Dio. lib. 49. Tum patientes esse debent, iniurias ferendo, & gratias agendo, vt dicit Sen. lib. 2. de ira. qui & cauti sint, quia multi illis laquei parantur, vt dicit Sallust. ad Cæs. multi reprehensores, & insidiatores. Tac. lib. 1. hist. & nil ita sit fluxum, quàm potentia non sua vi, sed aliena nixa; vt idem dicit lib. 13. Annal.

Et primò assiscat sibi consiliarios, vel senatores, tum pro dominio administrando, tum pro iustitia, cum cōsilium res sacra existat, & res præclarè gestæ nil aliud sint, Platone teste, quàm prudentium consiliorum executores, qui ætate, virtute, integritate, & rerum experientia insignes, & præstantes sint, boni publici, & iustitiæ amatores, ac passionibus vacui, & virtutibus referti, inter quos iurisperiti insignes sint; sacrorum canonum Doctores, Theologi eminētes, Duces strenui, & Reipublicæ administrationis periti, qui vt supra, integri sint, & probatæ vitæ, nō adulatores, sed veraces, & in bono sagaces, peregrinarum legum, & actionum cognitionem habētes, in historijs tam domesticis, quàm externis versati, graues, & non festini in consulendo, taciturni, & secreti; & optimum esset etiā proinde, vt Principes ingenio iuuenes præstātes in studijs alerēt, quorum opera, vt eorum factura in Republica administrāda, tutè vti possent, & id esset velut seminarium virorum præstantium, & Principi fidelium, qui ex ipsius liberalitate se virtutes adeptos cernentes, omnem adhiberent fidem, & industriam, vt ipsi fideliter inseruirent; Consiliari verò ea quæ inter homines fiunt cū sit diuinissimum, vt inquit Arist. in Rhet. ad Alex. & quiddam sacrum, & consilio stent regna, vrbes, & domus, vt ait Sall. ad Cæs. & ideò sint consiliarij Principi necessarij, iccirco, vt supra, eos eligat fidos, & probos, maximè etiā rerum, ac hominum peritos: vt dicit Plin. Paneg. & Arist. lib. 6. Ethic. Nicom. cap. 7. qui na

rint mores,& animos hominũ prouinciç,vt dicit Tac. in Agric. & Cic.lib.2.de orat. & sic non facilè ad hoc adgenæ adsumẽdi,qui & senes sint,vt corpore infirmo sapientia sint validi, vt dicit Sallu.in Cat. cum cõsilia senum hastæ sint iuuenum; vt qui varia fortuna sint exerciti, vt idem dicit in Frag. qui & acuti mediocriter ingenio sint,non tamen igneo, cũ ij sint magis nouandis rebus,quàm gerendis apti, vt dicit Tuc.lib.3. Curt.lib.4. & eos tales Princeps esse norit, vel sic eos fama reddat:vt dicit Plin.Paneg. qui & salutaria consulant;Pietatem in primis,& verã fidem,vt dicit Cipr. & iidem liberè bona consulant,& non hæsitanter,vt dicit Plin.lib.3.epist.9. Tacit.lib.4.hist.& lib.11.Annal. qui & constantes sint non ex libidine huc illucve agitati; vel modo hæc modo alia decernentes; vt dicit Sallust.ad Cæs.nisi ratio recta id suadeat, vt dicit Cic. pro Balbo. qui & modesti esse debent, ad omnia quæ agenda sunt, quieta cum industria adstantes: vt dicit Tacit.lib.3.hist. & norint silentium seruare, quod est optimum,& tutissimum rerum administrandarũ vinculum,vt dicit Valer.lib.2.c.2. Curt.lib.4. sic tamen, vt arcana Principis non scrutentur, cum id exquirere sit illicitum, vt dicit Tac.lib.3.Ann. qui nec sint contumaces, prout aliqui sunt, qui consilijs licet egregijs, quæ ipsi non attulere, sunt inimici,quòd alijs plus sapere videri volunt; vt dicit Tac.lib.1.hist. nec inter se discordes,vt ibi dicit;qui & affectus proprios deponere debent,vt bene consulant,vt dicit Sall.in Cat.in primis iram,vt dicit Cic.lib.1.offic. & auaritiam, vel rei suæ studium, cum priuatæ res publicis semper obsint, vt inquit Liu.lib.22.& Tacit.lib.1.hist. auaritia enim omnia venalia habere docet, vt dicit Sallust.in Catil. Fiducia etiam nimia ió consilijs est vitanda; consilia enim audacia prima specie læta sunt;tractatu dura, euentu tristia,vt inquit Liu.lib.35.& contra;qui vereri scit,scit tuto aggredi. Cupiditas quoque ab ijs abesse

debet,

debet, cupiditate enim pauca rectè fiunt, circumspectione plurima, vt dicit Tucid.lib.6.cui adiungitur celeritas, quæ mala est, qui enim cupit, festinat, & qui festinat, euertit, vt dicit Liu.lib.22 & Tuc.lib.3. si verò lenta, bona sunt. Princeps verò ipse, consilijs auditis, maturè deliberare debet, ne in ipso negotio consilium capiatur, vt dicit Cæs lib.5. comment. cum gladiatorum sit, non Principum, in arena consilium, vt dicit Cic. in Phil. sic tamen, vt non differatur tempus rei bene gerendæ cunctatione, & deliberatione, vt dicit Tac.lib.3.hist. quos & audire debet cum iudicio, sed sine tamen pertinacia, cum æquius sit plurium amicorum sententiam sequi, quàm propriam tantum, suã tamen sententiam celando, quid enim fieri debeat cũ multis est tractandum, quid facturus verò sit cũ paucissimis, vel mauis ipse secum, vt dicit Veget lib.3. de re milit. ne aduersarius sciat quid sit fiendum, cum secretum anima sit consilij; permittat quoq; eos liberè loqui, cum regno opes sæpius assentatio, quàm hostis euertat, vt dicit Curt.lib.8. & illius desperata sit salus, qui aspera, sed vtilia nolit admittere, sed iucunda, & læsura, vt dicit Tac.lib.3.hist. & sit miser Imperator apud quem vera reticentur; quos etiam sine discrimine audire debet, non puniendo tamen eos qui deteriora consuluerint, si nõ dolo id egere, cum rerum euentus ex varijs eueniant, vt dicit Curt.lib.3. qui & fugere debet domestica consilia assentatorum, qui omnia Principum facta, honesta, vel minus, laudant, vt dicit Tac.lib.3. Ann.vt & eos, qui questus causa in aures Principis simulatè insusurrãt, vt dicit Cic.ad Q.Fratr. lib 1. ep.1. sed qui, qualitatibus, de quibus supra, sint prædit, & à natura, arte, & experientia, norint regulas regiminis, prudentesque sint, rectè conscij corporis, & cuiuslibet membri dominij, cauti, sed non versuti, ingenio præstantes, sed non nimis spiritu acuti, constantes, non tamen contumaces, alieni ab auaritia, & ambi-

tione,boni publici amatores, & iustitiæ,ac honesti, & se inuicem amantes,non verò discordes,priuatas passiones deponentes; & publicum tantum bonum spectantes; non improbando idcirco inter eos æmulationem, qua quis alio præstantius bono publico consulere cupit. cum id dominij conseruationi summè prosit,dummodo in contentiones nō degenerent, in statu populari præsertim, cum in statu Regali Princeps malè se habentes punire possit; cum quibus Princeps de Republica administranda,& rebus agendis consulat, prout bonum Reipublicæ exposcerit, cum consilium sit humani intellectus practici, de dubijs, aut incertis peragendis,vel vitandis inquisitio inter plures consultores habita, & si agatur de rebus militaribus sit inquisitio de dubijs,& incertis contingentibus, in administratione belli, & si sit de rebus domesticis, inquisitio de dubijs, & incertis agendis, vel vitandis contingentibus, in regimine domus,& familiæ, ciuile verò, inquisitio de dubijs, & incertis agendis, vel vitandis pro saluanda, & rectè disponenda Republica, inter quos consuli debet de his quæ cadunt sub cōsilio,quæ non sunt,finis,vt victoria, quia ex se patet,quòd optatur,& ob quem obtinendum media sunt quærēda,nec determinata in aliqua arte,vel disciplina,nec multum distantia, nec quæ sunt à casu, nec quæ fiunt secundùm determinatum cursum naturæ,licet cōsulendum sit quomodo in ijs homo se habere debeat;Consulenda verò sunt quæ sæpè contingunt, & incertum est nobis quomodo contingere debeant an citò,vel serò,bene,vel male,commodè,vel incommodè, cum periculo,vel non. Secundò,consultanda sunt,quæ indeterminata sunt quò ad leges, vel consuetudines; quæ enim lege iam sunt determinata,& in vsum inducta, supposita legis rectitudine non sunt disceptanda cōsilio, sed iuxta illa iudicandum,& sententiæ proferendæ,sed de his est consulendum, quæ lege determinata non sunt,

&

& poſſunt bene, maleve fieri. Tertiò, conſultanda ſunt quæ iudicantur magni & euidentis emolumenti ſi bene eueniant, vel magni detrimenti ſi male, nam quæ modici ponderis ſunt, non ſunt curanda.

In particulari uerò in Reipublicæ adminiſtratione ea primò conſulenda ſunt, quæ ad diuinum pertinent cultum, quo nam pacto diuinus cultus amplietur, & contraria amoueantur, hæreſes, ſuperſtitiones, blaſphemiæ, periuria, dierum feſtorum tranſgreſſiones, furta, homicidia, carnis peccata, & huiuſmodi.

Secundò, in conſultationem uenire debent, quæ ad redditus regios communes, cum & priuatos habere debeat quibus ipſe ſuſtentetur honorificè, & ſplendide, iuxta eius dignitatem, quibus Reſpublica defenditur, pertinent, qua nam ratione exigi debeant, ut iuſtitia non uioletur, ne plus debito à ſubditis exigatur, & ne exactores in ijs exigendis aliquos plus iuſto grauent, uel eos ſibi uſurpent, reuidendo frequenter quomodo regij redditus exigãtur, & expendantur, modo, de quo infra agetur, tum curam adhibendo ne iura dominij, & Principis defraudentur, & calculando diligenter, ut ex ærario publico ſatisfiat militum expenſis, magiſtratibus, & alijs qui bonum cõe tuentur.

Tertiò, in conſultationem uenire debent quæ pertinent ad leges, ut iuſtæ decernantur, ijs præditæ, quæ dicentur, cum de legibus agetur, quæ fundari debent ſuper legem naturalem, moralem, diuinam, & euangelicam, quibus præcipiatur in primis, ut diuina lex obſeruetur, & illis ſuperaddantur pœnæ, diuinæ legis tranſgreſſoribus, ut hæreticis, maleficis, apoſtatis, ſchiſmaticis, dierum feſtorum uiolatoribus, blaſphemis, periuris, homicidis, furibus, raptoribus, adulteris, & huiuſmodi; tum regulentur quæ ad contractus humanos, & ciuilem conuictum attinent, delicta, vltimas voluntates, vt communitas, legibus uincta, diuinam legem obſeruet, in pace mutua viuat, & ad bo-

bonum virtutis promoueatur.

Quartò, in cõsultationem venire debent necessaria circa sufficientiam alimentorum pro ciuitate, & toto Principis dominio, ut sciatur si regio ipsa sufficiẽs est ad fructificandum pro populi sustentatione, quòd si id nõ ferat, quomodo & unde ei prouidendum sit per cõmutationes, & aductiones ex peregrinis partibus, & procurando, vt agri debitè colantur, artes, & mercimonia exerceantur, vt ita regio quantum fieri potest abundet, & vili pretio illa habeat, quæ ad victum, & vestitum sunt necessaria.

Quintò, in consultationem venire debent, quæ pertinent ad ciuitatis, & totius Principatus custodiam, ne mali impunè viuant, & bonos damnificent, superintendendo quibus in locis habitent, quomodo congregentur, quos fautores, & receptatores habeant, eos insequendo, & iuxta leges puniendo, maximè homicidas, falsarios, & proditores, huiusmodi curam ciuibus fidelioribus committendo, & eos exterminando si non cessant à malis, ne & cum hostibus iuncti Rempublicam adoriantur.

Sextò, consilium habendum est de bello, & pace, videlicet quomodo pax inter ciues seruanda, an cũ exteris pax, bellumve ineundum, sic tamẽ, quòd iustum sit, quod licet sit tale; si tamen aduersarij sint potentiores, prudentis est non insurgere, sed pacem quærere, si verò aduersarij pares, vel impotentiores sint, nec adsit iusta causa belli, non est insurgendum in eos, ꝙ si adsit causa iusta, maturo consilio est insurgendum, & quandoque differendum, quod in dubio est semper faciendum, & vbique, nisi necessitas, vel grauis causa instet, ob maius malum vitandum, & facinora, quæ in bellis committuntur, & sic videtur sentire Arist. lib. 1. Rhetoric.

Septimò, in consultationem venire debent, quæ spectant ad promouendum multitudinem in bonum virtutis,

tutis, vt de conducendis Grammaticis, Rhetoribus, Mathematicis, Philosophis, Theologis, Iurisperitis, in Gimnasticis eruditis, qui multitudinem in disciplinis, & laudabili corporis exercitatione studiant, & de præmijs tribuendis virtutum sectatoribus.

Præterea in particulari Princeps, sibi asciscere debet arcium custodes, qui sint fidelissimi, & vigilantissimi, & si fieri potest Principi sanguine coniuncti, ad quos tamen ab intestato Principatus non deueniat: secundò, Duces, & bellatores strenuos, & fideles: tertiò, Iudices integros, & peritos: quartò, annonæ præsides, qui sint boni publici amatores, & diligẽtes: quintò, milites, & duces, qui propriam personam custodiant, & ciuitatem, ac Principatum à malis hominibus, & hostibus purgatam seruent, & alios de quibus singulis infra suo loco, Deo dante, dicetur, & de consiliarijs latè agit Tolos. lib. 24. de Repub.

Aduertere verò Princeps debet circa consiliarios, vt multa habeat consilia, cum vix fieri possit, vt vnus plurium negotiorum perfectam experientiam habere possit; Inter quos vnum præcipuum sit consilium quatuor tantum, vel ad summum sex consiliarijs cõstans, quibuscũ Princeps grauiora negotia consulat, qui oẽs probi viri sint, & prudẽtes, vt dicit Isocr. orat. de admi. regni. nu. 56. & summè experti in negotio, de quo agitur, etiam si pauperes sint, quibus congruum assignet stipendium, vt dicit Dio. lib. 52. nu. 26 quos singulariter audiat, sibi deliberandi potestatem reseruans, nec eis indicans in quam partem inclinet, in eam deueniens sententiam, quæ à pluribus, & potioribus rationibus comprobatur, ac vtilior, & bona magis sit, & honesta, eis quoque non indicans quid statuerit, priusquam executioni id dederit, vt cautius agat, vel eos simul audiat, & si omnes concorditer ei respondent, nisi res requirat celeritatem, statim non deliberet quid agendum sit, sed maturius rem discutiat, caueus maxime

mè ne vnius tantum consilio temerè nimis adhæreat; qui & consiliarios suos amet, & plus cæteris honore afficiat, & commodis, nisi alij plus mereantur.

Qui verò à secretis Principis sunt, docti & prudentes sint, fideles, & summè in negotijs experti, & arcanorum Principis fidi custodes.

Is verò ministris omnibus terminos eorum authoritatis præfigat, sibi reseruans ius leges condendi, & abrogandi, belli, & pacis deliberationem, ac potestatem vitæ & mortis, & pœnas graues condonandi, nec alicui iccirco supremam authoritatem concedens, qui tamen senatui aliqua præcipua participet, sed non omnia, maximè prædicta, nec quæ alia spectāt ad regiam coronam, de quibus dixi lib. 1. c. 5. ad fi. qui si errent, sensim eis minuat authoritatem, vel tollat, nisi graue aliquod scelus committant, temerè tamen referentibus de ijs mala non credens, cum inuidia moueri ad id possint.

9 *Oratores ad Principes qui eis gēdi, et circa eos quid obseruandum.*

Inter cæteros verò homines, & ministros, qui Principi sunt necessarij, legati, vel Oratores, quos ad exteros Principes mittit, inter primos habendi sunt; qui in primis mittenti, fide, & amore summè cōiuncti esse debent, prudentia, ac experientia præstantes, vt demandatum negotium ad exoptatum exitum perducere valeant, aduertentes si Princeps cum quo agunt verbis ambiguis vtatur, nil concludant nisi re suo Principi communicata, nisi res in eius cedat magnum commodum; facundi, & eloquentes, vt eos cum quibus agunt, in suam valeant perducere sententiam, & fideles, vt quicquid à Principe eis mandatur exponant, ac nobiles origine, vel ex præclaris gestis peractis: vt dicit Plato lib. 12. de legib. nu. 1. & eo nobiliores, quo is ad quem mittuntur maior sit, & Principi ad quem mittuntur grati, ab auaritia alieni, & muneribus, vt docet Plato lib. 6. de legib. ad fi. & D. Bern. lib. 4. de consid ad Eugen. & in existimatione virtutis apud eos esse debēt

ad quos mittuntur, cum quibus non superbè, sed cum decoro agant debito, & si ad inimicos, vel suspectæ amicitiæ mittuntur, sagaces esse debent, vt illorum consilia penetrare possint: vt dicit Polib. lib. 3. nu. 7. & grati, vt supra, illi ad quem mittuntur, & ab eo magni facti, & si negotium agendum est suaue, homines mites, & non feroces mittendi, sin asperum, prudentes, rigidi tamen, qui si mittuntur, vt resideant, vnus tantum est mittendus, sin alicuius negotij agendi, vel congratulationis peragēdæ, plures simul mitti debent; Oratores tamen residentes apud Principes se multo inferiores detineri non debent, gratia tamen alicuius negotij agendi, illuc sunt destinandi, qui nec detinendi sunt apud hæreticos, vel infideles, nisi agendum sit de religione, vel magnum temporale cōmodum inde consurgat, & Papa annuente, qui omnes mandata strenuè exequi debent, & quæ viderint Principi mittenti prodesse, fideliter, & celerrimè referendo; ipse verò Princeps ad se missos benignè suscipiat, sin ab hostibus mittantur, diu non detinendi, nec permittendi, vt cum ijs loquātur, qui animo turbidi sint, & rerum nouarum cupidi; Ij verò instructiones manu Principis subscriptas habere curent, & etiā literas non scriptas à Principe subscriptas, vt negotijs emergentibus inseruiant, & scripturis furtiuis multiplicibus vti norint; & curā adhibeant, vt noscant consilia Principis apud quem resident, eius naturam, vxoris, filiorum, ac educationem, & subditorum, & præsertim illorum quibus Princeps magis fauet, quæq; sint illius vires, & huiusmodi, vt omnia suo Principi fideliter referre possint, quod ærarium possideat, quas arces, milites, & Principum societates, & id genus alia, & celerrimè omnia expediant si è re est, vel referant.

Quò verò ad Principis regiam, vel residentiam, si is plures possidet Principatus, in eo eum residere conuenit, vbi subditi illi magis fideles existant, & regio opu- *10 Principis regia vbi*

esse debeat, & quid in alijs locis Imperij p- stare habeat.

opulentior, vt alijs regionibus opem ferre possit; si verò vnicum, eam eligat ciuitatem, quæ in medio eius existat, vel in loco vbi facilius alijs opem præstare valeat, sic tamen, vt alias vrbes, & regiones personaliter inuisat, impensis proprijs, & non subditorum, sic enim multa sedabit, & intelliget quibus prospiciet; & in alijs regionibus, ac vrbibus Rectores, qui eius vice regant, & iustitiam administrent, deputet, qui seueri sint vbi populi inquieti extant, non tamen crudeles ne iniustitiam committant, & causa sint vt populus erga Principem odio moueatur, si verò populi quieti, & pacati extent, Rector mansuetus, & benignus sit, nulli tamen absolutam concedens authoritatem, sed eam sibi reseruans, vt velut caput in totum corpus dominij virtutem suam effundere valeat; animaduertens etiã ne præsides locorum inter se dissentiant, aliter eos amoueat, ne dominium pereat. Quòd si vicini Principes inimici sint, vel suspectæ fidei, præsides fortes sint, & animo intrepidi, si verò amici, magnifici, & liberales, & alieni vbique ab auaritia, ne iniustitias committentes, in causa sint, vt populus à Principe deficiat, vt dicit Dio. lib. 55. nu. 22. quos & perpetuos non constituat, nec vt quinquenniũ excedant, & bonos inuentos non in eodem loco, sed alibi deputet, cum honoris, & vtilitatis augmento, & sic vt qui in prouincia sunt, & ad minora officia deputantur, ab ipso Principe, non verò à gubernatore prouinciæ eligantur; Cauens etiam ne alicui prouinciam regendam committat, qui ibi multos propinquos, & fautores habeat, quibus omnibus, & præsidibus, propria, & conuenientia assignet stipendia, ne populos grauent, vt idem dicit lib. 52. Ij verò mandatis Principis obtemperantes sint, qui si ad alicuius instantiam, aliquid imperet, vnde malum surgere possit, prudenter differant mandati executionem, cum multa contingere possint, quæ mandatum primum auferant.

Bonis

Bonis præterea Princeps Imperium,& Rempublicam communire debet legibus in quibus præcipua vis Imperij consistit, vt enim multa corporis membra ab vna anima vniũtur, & omnes causæ ab vna prima dependent, sic Respublica diuersis partibus constans vniri à lege debet,quæ eas simul in earum officio peragendo ritè coniungat, & ob id vt anima in corpore dicitur, quæ ei vim tribuit operandi, nempè bona agendi,& contraria vitandi, sic & lex in Republica, id vi,adiecta pœna, & præmio præstans, vnde & dicitur magistratus mutus,qui non irascitur, amore, vel ambitione non ducitur, nec vlla passione mouetur, quæ in hominibus contingere possunt: vt dicit Arist.lib.4. Polit.cap.4. vnde à Leone constit.nou.19. lex dicitur oculus Reipublicæ,& vt gubernator in naui, qua omnes in officio continentur suo. In legibus verò condendis summa prudẽtia opus est, vt lex sit honesta,iusta, possibilis, manifesta, necessaria, ad bonum commune directa,patriæ,loco,ac tempori, & personis accommodata.c.erit autem.dist.4.Plato in Dial.de regno. Arist. lib.2.Polit.c.5. & lib.7.c.3. & conformis politiæ quæ adest, vetando in populari statu ne plebs rebus diuitum insidietur, ac diuites ad magistratus inuitãdo, in dominatu paucorum, vt magistratus sint communes omnibus bonis,minores sorte, maiores suffragio deferendo,& contumelias puniendo; in Monarchia,leges ad vtilitatem populi potius, quàm Principum dirigendo,qui & in obedientia Principis est detinendus, pœnas addendo transgressoribus.l.aut facta.§.pen. & fin. ff.de pœnis. & rationes assignando ob quas leges feruntur,ostendendo ob bonum Reipublicæ,& non nisi coactè ad pœnas deueniri ne boni opprimantur, & vt tuta sit inter improbos innocentia, & ne Respublica pereat,vt & Medici putridum membrum abscindunt, ne totum corpus corrumpat, vt dicit Plato lib.9.de legibus. & ita vt belli tempore leges sint superiores,

11 *Princeps bonas leges ferre dẽt, et quæ illæ sint, ac q̃ seruandæ, & q̃uo.*

quàm tempore pacis, cum tunc facilius delicta, cum dominij periculo, committantur; vt & populis inquietis leges seueriores, quàm quietis sunt imponendæ; & vbi regiones inopes sunt, leges aptandæ quibus subditi ad artificia exercenda inuitentur, præmijs, & exemptionibus ijs tributis; & leges latæ diligenter sunt custodiendæ, vt dicit Dem. orat. contra Mit. maximè à subditis, & iudicibus, quæ & multiplices esse non debent, nec facilè mutari, nisi in damnum vergant, ne populi eas transgredi discant, vt supra. Arist. lib. 2. Polit. c. 13. cum leges ex vsu maximam vim obtineant, qui eis adimitur dum mutantur; sic tamen vt illæ leges, super quibus imperij regimen constat, nunquam mutentur, quàs & solus Princeps mutare debet; vt & legibus homines Princeps dirigere habet, vt virtutes colant, iustitiam seruent, & nulli noceant, earum pœnas tam erga nobiles, & diuites, ac pauperes exercendo, licet in pœnæ qualitate, non grauitate, distinctio inter eos esse debeat, vt dicit Dio. lib. 52. nu. 56. qui & quandoque ex causa rationabili in earum pœna dispensare debet, sed rarò. Quo demum ad qualitatem legum seruandarum, si Princeps Imperio subditus sit, legibus communibus, & Cæsareis vti debet, quas & sequi conuenit ijs non subditum, cum à viris sapientissimis constitutæ sint, & vsu omnium nationum per tot secula receptæ, nisi patriæ, & loci qualitas poscat aliqua ex ijs mutanda, vel supplenda esse: vel eas conflare poterit ex legibus Cæsaræis, ac Diuinis, & legibus Platonis, quas in lib. 6. 9. 10. 11. & 12. de legibus edidit; & vbi aliqua noua lege egeant, adhibitis integris, ac doctis Iureconsultis, preclaris Philosophis, & Theologis, eas, ex illorum consilio, & prudentia sancire poterit.

12 *Princeps vt erga Principes se ha-* Is etiam amicitias cum vicinis Principibus, præsertim se potentioribus inire debet, quod in causa est ne subditi ab eo desciscere audeant, maximè vbi societas

vel

vel fœdus accedit, quo inuicem sibi opem præstare se mutuo deuinciunt, quibusdam cõditionibus adiectis, pro modo auxilij hinc inde præstiti; Cauens tamẽ ne cum infidelibus, vel hæreticis huiusmodi societates ineat, quod id Christianis indignum sit, & sæpè fidem frangant, quod & Deut. 7. vetitum est, nec cum apertis tirannis, ne ita eorum foueat iniquitatem: vt dicit Liuius Dec. 4. lib. 4. nu. 14. vel cum ijs qui causam iniustam agunt, ne iniustitiæ faueat, vt dicit Polib. lib. 3. nu. 14. sed cum catholicis, & iustitiæ amatoribus, vt dicit Isocr. orat. de pace. nu. 23. & fidei seruatoribus.

bere dẽet, & an cum ijs societates inire expediat.

13 *Princeps vt erga subditos se gerere deãt, & quã eorum curã habere.*

Curare quoq; debet Princeps, vt subditi in artibus liberalibus, medicina, legum peritia, sacrorum canonum, & diuinæ scripturæ erudiantur; dotando collegia, vbi iuuenes gratis erudiantur, & doctores præstãtes in publicis gymnasijs, quæ habere curet, eius impensis conducendo, & cõcionatores insignes, & curãs auxilio Papæ, & Prælatorum, vt religiones præstantes introducantur, quæ populo sacramenta, & sacra præbeant, prædicent, legant, & alijs vijs populum ad cœli iter dirigant, eas fouens, & donis, ac redditibus congruis illas detinens, & omni humanitate, & honore eas prosequens, exclusis docentibus artes lasciuas, vel perniciosas, vt alchimiam, magiam, necromantiam, & huiusmodi, qui ex ciuitatibus sunt explodendi. Plato. teste lib. 9. de legib. & habetur Leuit. 19. & 20. Vnde commendatur Saul, qui abstulit magos, & ariolos. 1. Reg 28. & Iosias Rex, qui deleuit aruspices, & Phitones. 4. Reg. 13. tum curare debet, vt subditi acquirant bonos habitus morales, cum non sat sit illuminari, & perfici intellectum ad consequendum finem ciuilem, sed oporteat purgare, & regulare appetitũ per acquisitionem, & exercitium virtutum moralium, post Theologicas, quæ habent Deum pro immediato obiecto, vt sic ciues sint bene morati, & virtuosi; nam virtus, vt inquit Sen. ep. 75. regna, vrbes, prouincias tẽperat,

fert leges, colit amicitias, inter propinquos, cæterosq; dispensat officia, vitam beatam facit, namque sapientes negãt sine virtute effici posse quemquam beatum; vt & curare debet Princeps ne necessaria eis desint, ea quoq; procurando quæ tendunt ad ciuium conseruationẽ, & pacem; vt quòd hæreditates proximis sanguine deferantur, quòd boni defendantur, & præmijs afficiantur, & contra scelesti abijciantur; vnde Plato lib. 5. de Republ. dicit, munera, & præmia danda esse præstantioribus, quod comprobat & Arist. lib. 5. Polit. cap. 8. & 11. Cic. lib. 1. de nat. Deor. Plin. in Paneg. Stobæus serm. de Repub. Xenoph. lib. de expedit. Ciri minoris. Proclus lib. de Anima. & habetur ff. de mun. & hon. per tot. & tũc Respublica bene gubernetur cũ & scelesti dant pœnas: vt dicit Plato lib. de Philosophia. Arist. lib. 10. Eth. c. vlt. Plut. in Politicis. Cic. in Vatinium. & habetur ff. de offic. præf. & de offic. præf. vrb. & ex l. Constantini. lib. 1. C. Theodosiani. tit. 1. adhibita tamen, æquitate, & eos remunerando, qui pro bono publico laborant, exclusis adulatoribus, mimis, & alijs, de quibus supra; leges obseruando, nec permittẽdo nouas leges introduci, vel cõsuetudines, nisi ex necessitate, cum optima sit gubernatio, quæ leges obseruat, vt dicit Plato Dionis. propinquis ep. in Minoe. lib. 1. de Repub. in lib. ciuili. 4. de legib. Arist. lib. 5. Polit. cap. 7. Plut. lib. de doctr. Princ. & lib. num seni. Arist. lib. 1. Rhet. c. 7. & lib. 5. Polit. c. 1. modo de quo supra latè est dictum; qui & cautus sit in arcana hominibus reuelando, ijs prius probatis an sint fideles, & boni publici amatores; & curans etiam vt ornatè loquatur, sed non verba inutiliter proferendo, cum Principem deceat pauca, & grauia loqui, vt ex eius ore nil, nisi sapientia plenum progrediatur, vt ita rectè seipsum regens, & commissam sibi Rempublicam administrans, vnà cum commissis sibi populis, postquam in terris iustè, & cum virtute vixerit, ad supernam beatitudinẽ,

coe-

cœlesti munere, post huius æui cursum, peruenire mereatur. Qui etiam vt in dominio simul cum posteris perseuerare valeat, curare debet ne lex sub qua viuunt subditi, & decreta rationabilia, & antiquæ, ac laudabiles consuetudines prætermittantur etiam in modico, quia paulatim transgressio politiam, & Principatum destruit. 5. Polit. vt contingit Saul. 1 Reg. 15. Secundò honorare debet, & in officijs ciuitatis honorificis beneuolos sibi facere proprios nobiles, & ciues, quos scit benemeritos, amatores sui Principatus, & boni publici, cauēdo, ne exteros exaltet relictis virtuosis ciuibus suis, maximè si non sit certus de integritate extraneorum, quia si boni ciues vident se à Principe postponi, & extraneos immeritè exaltari, sumpta occasione insurgunt: vnde Dauid 2. Regum per tot. constituit duces præliorum, iudices, & consiliarios, ex proprijs tam consanguineis, quàm ciuibus. Tertiò, debet in timore ordinato exercere subditos cō tra hostes extraneos, vt scilicet semper vigilent ad custodiam ciuitatis, ne ex improuiso hostes præualeant, sic enim hostes terrentur, nec audent temerariè infestare ciues, quos sciunt noctu, & die paratos ad custodiam ciuitatis, secundò, ciues ita magis pacificè inter se viuunt, & Principi obediunt, quæ facere tunc debet Princeps, quādo verisimiliter de hostibus timet, aliàs si in statu sit tuto, satius est in ludis honestis, & exercitijs virtutum moralium eos occupare, ac honesta musica, vt in otio virtuosè viuant, & pacificè, & Principē, vt patrē venerentur. Quartò, per leges punitiuas prohibeat inter nobiles, & insignes cōtentiones, & sectas, & si exortæ fuerint, studeat vt q̃ citius terminentur, aliter facilè inualescūt, & inducunt destructionē Principatus. Quintò, nō debet aliquem ex ciuibus, & minus extraneū nimis excessiuè temerè exaltare, conferendo illi maximā authoritatem in Principatu, quia talis potestas sæpè arrogantes facit hominū mentes,

vt de facili agant cõtra iustitiam, & maximè id est seruandum erga homines, de quibus nõ habetur longa, & certa experientia, sic tamẽ, vt bonos, & in officijs bene se habentes, gradatim honoribus augeat, & beneficijs, si videt eos magis curare commune, quàm proprium bonum, aliter prudẽter eis minuat datam à se authoritatem, si oppositum videt, vel in totũ auferat, vlterius procedendo, si grauia demerita id exposcant. Sextò, debet Princeps, sic diligere Principatum suum ac subditos, ac si esset domus, & familia propria, sic enim seruabit subditos, & se, & posteros firmabit in Principatu, qui enim amat prouidet amato, & superintendit, ne sinistri aliquid ei eueniat, & si euenit, q̃ citius occurrit, & opem præstat maturo prudentum consilio, & remedijs opportunis, cum timor, & amor faciat cõsiliatiuos. 1. Rhet. Septimò, debet habere militarem potentiam sufficientem, qua possit seruare, & manutenere iustitiam, sine qua ciuitas, & Principatus seruari non possunt, instituendo in ciuitate magistratum, qui velut speculator superintendat ad obseruandos, & intuendos ciuium mores, & ne quis ita viuat, vt Reipublicæ nocere possit.

Et in summa, curam diligentem subditorũ habeat, non secus, ac pastor erga gregem: vt dicit Xenoph. Pædiæ Ciri. lib. 8 nu. 22. & vt pater erga filios, vt idem ibi dicit nu. 1. cum ideò imperium ei sit datũ, vt subditorum conseruationem, & bonum procuret, teste Arist. lib. 5. Polit. num. 15. curans iccircò, vt subditi simul vnitè, & cum ipso viuant, & Christianam religionem colant, vt supra, ac virtutes sequantur à vitijs cauentes, cum iniqui iugum dominij iniquè ferãt, & vix velint viuere sub legum disciplina, vt boni ècontra, vt dicit Sallust. orat. 1. de Rep. ord. qui & curet, vt à subditis ametur, ꝙ amor magis, quàm timor populos sub obedientiæ iugo redigat, vt dicit Dio. lib. 52. nu. 12. & Plato in conu. cum fortius Principi præsidium nõ adsit,

sit, quàm ciuiũ beneuolentia, & vbi timore obediunt, nacta occasione recalcitrent, & ipsum quoq; eos time re par sit; quem amorem sibi conciliabit, si curabit, vt supra, vt necessaria ad victum eis non desint, vt fecere Antoninus Pius, & Marcus Antoninus, qui in penurijs triticum, oleum, vinum, & huiusmodi magno pretio émpta, vili populis erogabant, & quandoque dona bant, & in cõmunibus calamitatibus, pestis, incendii, vel inopiæ propriis pecuniis eis opem ferens, vt dicit Tac. lib. 4. Ann. n. 25. fecisse Tiberium Imperatorem, & dum eorum penuriis prospicit, interim spectaculis, & spe eos detineat, curans, vt rerum pretium interim aliqualiter minuatur, & necessaria non desint, ꝙ efficiet quoque si per ciuitatem inambulando, & inue niens aliquid magno pretio vendi, ad moderatum id reducet sine aliquorum iusta querela, puniens magistratus, qui eius rei causa exter, vel carpens; qui & publicis spectaculis populum detinebit, absque eius impensis, quibus & is intererit, si iis delectatur, & cauẽs ne onera grauia subditis, vt supra, imponat, neve mer caturæ se immisceat, vel patiatur aliquẽ ex eius propinquis illi se immiscere, vt dicit Zonaras in Theoph. populo quoque in grauibus calamitatibus, belli, incendii, & id genus promptè opem ferens, vt fecit Tiberius, teste Tacit. vt supra; & ampla dona multitudini distribuens, vt dicit Xenophon Pædiæ Ciri lib. 1. nu. 51. & benignè cum omnibus agens, vt dicit Arist. lib. 5. Polit. nu. 106. & Polib. lib. 6. quotidiè, vel sæpè saltem publicè omnes audiens, & singulis humanitus respondens, vt ibi dicit Polib. nu 7. vtens in vestitu mo destia, Principis tamen maiestati congrua, & iuxta ritum regionis, vt ibi dicit. Curans quoque, vt subditi inter se quietè viuant, amputans omnia contentionum initia, & inquietos sedans & comprimens, sic tamen, vt iis prouinciam, in qua de re Principis alicuius ponderis, agatur, nõ demandet, domans nouos su-

perbos, bello deditos, arcibus, ac præsidiis, ne quid nō ui attentare audeant, vt dicit Xenoph. Pædiæ Ciri. lib. 3. nu. 8. & 10. qui si mites fiant, vt iis fidere possit, prę-sidia ad se tutandum ab hostibus non necessaria, amouebit, vt idem dicit lib. 7. nu. 21. cum omnibus tamen benignè agens, qui rigoris magnam occasionē ei non præbeant, vt dicit Polib. lib. 6. nu. 7. & magnatibus ampla dona tribuēs, si verò mites sint, benignè, vt supra, cum iis aget, confirmans etiam, & augens priuilegia à præcessoribus populo concessa, & vectigalia minuens, & illi honorum ei congruorum cōmunicationem tribuens: carceres etiam sæpè inuisens, curans, vt necessaria spiritualia, vel corporalia carceratis præbeantur, iniustè detentos, vel qui non sunt soluendo, ob æs alienum, cessis bonis, dimittens, & alios etiam ex gratia liberans, absq; tamen actorum iniuria, vel damno, vel boni publici detrimento; & cauens ne in aliquo subditis iniuriam inferat, modo, vt cap. seq. dicetur.

14 *Princeps quæ vitare debeat.* Debet verò Princeps multa vitare ne peccet, de quibus latè dixi in expos. quarti præcepti, ad quæ me remitto, qui & cauere debet à mendacio. Prou. 6. & 30. Sap. 1. Eccl. 25. cum mendaciū reddat Principem parui valoris, vt & moneta falsa parum valet, & opprobrium est hominum, vt probat D. Tho. de erud. Princ. lib. 1. cap. 7. & à superbia, multum enim est timendus mons superbiæ, in quo Angelus adeò deterioratus est, cum & ob superbiā multi Reges sint deiecti. Saul 1. Reg. 15. Ozias. 2. Paral. 26. Nabuchodonosor. Dan. 4. & 5. licet enim Princeps in alto sit, id habet à corpore, idest à multitudine, quæ eum vt caput portat, & si eos despicit, aliquando altitudinem suam amittit, & ob alia quæ ibi dicit D. Tho. cap. 6. & à vanitate diuitiarum, delitiarum, gratiæ mundanæ, laudis & gloriæ, vanum est enim in eo confidere quod ab aliis pendet, at Principis altitudo à subditis habetur, & transitoria est, ergo ei non est fidendum, ut probat ibi D. Thom. cap. 8.

cap.8.9.10.11.& 12.Qui & cauere debet à munerum acceptione,munus enim acceptum iudicem excæcat. Exo.33.Deut.16.mutum eum reddit.Eccl.20. & corrumpit saltem quò ad famam. Is. 1.seruum reddit dantis. 1.Cor.6. & ad malum pronum facit. Is.5.Psal.25. Iob 15. & ex aliis quæ refert D.Thom.de erud.Princ. lib.4.cap.3.& 4.

15 Is etiam curam magnam adhibeat, ut redditus ad Principatũ spectantes,exigat,cũ redditus ei sint opus ad sustinendum eius dignitatem, & maiores si in dominio sit nouus, uel ei Principes potentes uicini existant,cũ sic egeat maioribus præsidiis,uel maius obtineat dominium,quibus curandis, & exigendis fideles deputet ministros,qui alios sub se ministros habeant, & ii alios itidem, & ultimi penultimo loco positis rationem reddant,& ii primis,ut dicit Xenoph.lib.8.Pædiæ Ciri.nu.7. qui benigni sint,& humani,non auidi, uel sæui,ne inde odium in Principem,& pernities concitetur,ut quandoque contigit,teste Liu.lib.3.Dec.3. nu.25.& oues sint tondendæ, non deglubandæ,ut dicebat Tiberius Imperator, teste Suet.in eo.c 32. imò si Princeps sit nouus,debet onera à maioribus, maximè antecessore imposita, auferre, uel saltem minuere,ut populi sibi beneuolentiam conciliet, & ubi necessitas eum cogit ad nouam gabellam imponendã, subditis persuadeat,id necessarium esse, ut cætera eorum bona incolumia seruentur,ut dicit Dio.lib.52. & ita ut impositio sit moderata, quamque prius ex propriis bonis,& propinquorũ exigat,vt cæteri prõptius illam persoluant, vt dicit Liu.lib.6.decad.3.nu.13. & ubi grauamen in plebem imponitur, cui nobiles subiici non conueniat,eos in ęquali aliundè grauet,& omnem summam pecunię,quam exegit in opus destinatum expendat,& non in re alia,curans quoq;,ut id populus intelligat,ut docet Arist.lib.5.Polit.nu.89.& ubi causa cessat impositionis,eam auferat, & si iam exa

Princeps quã curã redditTuum suorum habere debeat, et circa eorũ exactiones,vt se habere conueniat.

ctam

ctam in opus propositum expendi non contingat, eam dantibus restitui par est, vel saltem in opus piũ, & publicum, populo annuente, erogetur, cauẽs summopere ne meretricibus, scurris, & id genus infamibus hominibus donet, quod ægrè populus ferat ab eo accepta sic nequã erogari, vt dicit Arist. lib. 5. Polit. nu. 88. imò cum vrget necessitas pecunias congregandi, potius vendet Princeps bona patrimonialia, vel ea quæ inseruiunt Principis delitijs, quàm populos grauet, vt Nerua, & Tacitus Imperatores fecere, vt dicit Dio. in Nerua nu. 3. & Vopiscus in Tacito; minusque impositiones imponere debet, vbi pecunijs eget ad opus voluntarium conficiendum, vnde Cirus aduersus Assirios bellaturus, gratia Imperij dilatandi, noluit subditos grauare, sed à Rege Indorum pecunias mutuo petijt, vt dicit Xenoph. de Pædia Ciri. lib. 3. nu. 12.

Cumq; Princeps duplicia bona possideat, patrimonialia, ex bonis vxoris, vel pro eius persona sibi assignata, quædam ad coronam Principatus spectantia, de primis liberè disponere potest, licet peccare possit, vt & alij, si ijs abutatur, alterius generis redditus verò in bonum tantum Principatus erogare potest, & eius necessitates, vel benemeritis de Republica donãdo, non autem immeritis, vel ad libitum, ne mox ærarium cum afflictione populorum indebitè replere velit,
16 quod sine peccato, & eorum iniuria, ac odio fieri non valet.

Princeps ĩ regẽdo v'i debet clementia & mansuetudine, cum argumẽtis varijs, & præclaris exemplis.

Princeps quoque, his constitutis, quæ ad Principatus stabilitatem, & multitudinis attinent tutamen, & fœlicitatem, ad regimen ipsum multitudinis descẽdens, iccircò in ipsius regimine vti debet suauitate, vt & supra est dictum: nam vt inquit Cic. in Philip. nullum maius est armatorum præsidium charitate, & beneuolentia ciuiũ, qua oportet principantem esse munitum non armis, teste D. Tho. d. lib. 2. c. 8. & Seneca ep. ad Neronem, inexpugnabile munimentum amor

ciuium

ciuium, prompta scilicet eorum inclinatio, & amor in Principem, quid pulchrius enim est, quàm viuere optantibus cunctis? quis huic struere audeat aliquod periculum, sub quo iustitia, pax, securitas, dignitas floret? sub quo opulentia ciuitatis, copia bonorum omnium abundat. & lib. 1. de clem. c. 5. Principum crudelitas bellum est, clementia in quamcunq; domum peruenerit, eam fœlicem, & tranquillam parabit, sed in rege quo rarior, eo mirabilior, magni enim animi proprium est, placidum esse, atq; tranquillum, ac iniurias latas, & ferendas superando despicere. & cap. 7. quòd si Dij placabiles, & æqui delicta potentium non statim fulminibus prosequuntur, quanto æquius est hominem hominibus præpositum miti animo exercere imperium? & ibidem, non alia facies est quieti, moderatique Imperij, quàm sereni cœli, & nitentis: vt ibi dicit & 1. de Ira. humili loco positis exerere manum, litigare, in rixam percurrere, ac morem iræ suæ gerere, liberius est; leues inter paria ictus sunt, regi vociferatio quoq;, verborum intemperantia non ex maiestate est. & lib. 1. cap. 5. optimè Deos Principibus constituam, vt se tales ciuibus præbeant, quales sibi Deos esse volunt. & vbi impiè subditi tractantur, audaces fiũt ad insurgendum in Principem, & iugum illud ab humeris suis excutiendum: vt inquit D. Tho. loco cit. sic tamen venia est adhibenda, vt non ad impunitatem iniquitatum, sed ad spem correctionis, inseruiat, nec debita careat disciplina, quam pro necessitate regendæ, & tuendæ Reipublicæ, non pro saturandis odijs exerceant, & quod asperè quandoque coguntur decernere, misericordiæ lenitate, & beneficiorum largitate compensent, vt inquit Aug. lib. 5. de ciuit. Dei. cap. 24. lenitate ideò vtendo, & sic viuendo cum ciuibus, vt pater cum filijs, vt dicit Plin. Paneg. cum & remissius imperanti melius pareatur, vt idem inquit lib. 1. de clem. & etiam fidelius, vt inquit Liu. lib. 22.

& sic

& sic quæsita conseruantur, vt ait Cæsar apud Dio. lib.43. nam licet maiestas Dei extra appareat in Principibus in vtilitatem subditorum, intus tamen remanet quod humanum est, regnum enim prægrandibus colossis videtur simile, vt dicit Lucianus lib. de Regno. qui extra videntur Iuppiter, Neptunus, decori auro, sed si intus spectetur, cernentur vectes, paxilli, & claui, sic Principes homines sunt, licet Principes, vnde meminerint se homines magis esse, quàm Principes: vt dicit Philo. lib. de iurisiu. relig & hominũ misereantur, vt dicebat Pericles, memento quòd homines sunt quos regis. & habetur Deut. 17. & Eccl. 10. & 40.

17 Princeps præterea omnibus virtutibus, de quibus supra est dictum, instructus, eas è penu in subditorum vtilitatem pro loco, & tempore promat; qui & mediũ se exhibeat coram subditis inter seuerum, & nimis familiarem, inter lætum, & tristem, quod fiet si pro loco, & tempore affabilis erit, & mitis, & pro tempore grauis, & reuerendus, quia affabilitas amorem populorũ conciliat, grauitas tollit contemptum, qualis Salomon erat. 3. Reg. 10. cum contra Absalom se pro tempore populis affabilem præberet, sed postea Regi insidias tetenderet. 2. Reg 15. & 16. Idem etiã non debet subditos contemnere, nec eis iniuriam inferre iniustè, sed vbi facti qualitas id exigit, iustitię tramite seruato, ira dimissa, id agere debet, aliter subditi facilè in Regem consurgunt. 5. Polit. Qui etiam nobiles, & probos viros amicitia, & familiaritate sibi iungere debet, eos honoribus, & beneficijs sibi deuinciens, & mandans vxori, vt idem erga nobiles, & probas mulieres agat, quæ sic viros in deuotione erga Principem detinent, contra verò si vident se contemni à Principis vxore, in Regem concitant viros, exemplo Acab, & Iezabel. 3. Reg c. 21. nec solum Princeps proprios subditos honore afficere debet, sed etiam extraneos, & ad se accedentes, cum sic magnanimitas, affabilitas, liberalitas,

Princeps honore omnes afficere debet, & medius esse inter mitem, & seuerum, hilarem, & mœstũ, & quomodo.

&

& pietas eius pateſiat, cum contra tirannus nobiles, & ſapientes proprios, vel externos odio proſequatur. 5. Politic. vt nec curare debet detractiones populi in ſe prolatas, ſed ijs erudiri, vt caueat contra eum prolata, ſi vera ſunt, ſin minus, id non curans.

Quæ vt facilius præſtet, & rectè adminiſtret, aciem mentis extendere debet, ſe à Deo Principatum adeptum eſſe, vt multitudinis, non proprium bonum procurans, à Deo laborum ſuorum in cœlis ampliſſimũ præmium expectet, & ideò omni conatu ad multitudinis pacem tum internam, tum externam, & bonum procurandum, contendat, pro loco, & tempore, ac neceſſitate, prout ipſius bonum expoſcet: Qui & curare debet, vt proprium habeat numiſma inuentum ad cõmutationes facilius faciendas. 1. Polit. cum id ſit etiã Principis ornamentum, cum in illo Principis imago inſcribatur, ex quo perpetuatur eius memoria ob aſſiduum illius vſum, & apud populos acquirit beneuolentiam; præterea cum ſit menſura rerum venalium inducit in mentem, Principem, cuius imago ibi ſcribitur, regulam eſſe ſubditorum in eorum negotijs agendis, & id etiam inſeruit Principi, quòd per numiſma menſurentur tributa, & exactiones in populo, & ſi proprium ſit numiſma, euitantur contentiones, quòd non tanti valeat, vt aliqui fortè afferent, curans vt in eius impreſſione, vel vſu nulla falſitas adhibeatur, vt inquit D. Tho. lib. 2. cap. 14. cit. qui & curare debet, vt certa pondera, & menſuræ ibi habeantur, quibus ſubditi communiter vtantur, cum per illa omnia reducantur ad æqualitatem, vt ibi dicit loco cit. cap. 15. Qui & munitiones fortiſſimas habere debet, & curare, vt viæ ſint tutæ à latronibus, & ſicarijs, ac liberæ, ob quod faciendum iuſtè pedagia videntur imponi, quæ etiã in foro conſcientiæ, ſi legitimè imponãtur, à ſubditis ſunt perſoluenda; & id expedit etiam Principi, vt tuto familiares ſuos, & milites per prouincias emittere poſſit ad

18 *Princeps habere debet propriũ numiſma, fortes munitiones, põdera certa, & q̃ alia.*

ad procurãdum communitatis bonum, & mercatores illuc facilè cõfluant, ex quo regnum diuitijs augetur, & etiam cultus diuinus, quòd inde homines promptiones reddantur ad visendos locos sacros, qui sunt in regno; & Princeps id agens magnam sibi apud populos beneuolentiam conciliat; milites iccircò emittens, qui eas à latronibus, & malis hominibus purgatas seruent, vt dicit D.Tho.d.lib.2.cap.11. & de regimine Principum.

19 *Princeps nosse debet quid ĩ eius dominio, & alibi fiat, & quo, vt circa cognita se habere debeat*

Curare debet præterea Princeps, vt intelligat quæ in eius dominio, & apud alios Principes agũtur, quòd eorum notitia plurima ei afferat cõmoda, & à magnis tueatur malis, quod etsi Principi difficile sit scitu, cum pauci reperiantur, qui veritatẽ ei aperire velint, & omnia adulationibus sint referta, vt dicit Isocr.orat. de regni admin. id tamen omni cura scire inuigilare debet, & præsertim quid de eo, vel ipsius cõsanguineis populus sermocinetur, quid nam agat eius familia, vt se gerant magistratus, & alij ministri in eorum muneribus, cuius naturæ sint eius subditi, & maximè potentiores, quidve alij Principes tractent; qui vt ea norit q̃ ad se, vel consanguineos spectãt, sæpè ab amicis id inquirat, vt nec ab re erit si habitu incognito indutus, nundinas, & fora adeat, ac tabernas, & de ea re sermonem moueat, & vbi maiorem partem in vnam sententiam conuenire viderit, id verum esse existimabit, & errata corriget; qui vt intelligat quid nam eius familiares, & ministri, maximè quibus fauet, agant, sæpè in publicum prodibit, & audiet benignè quoscunque ad se accedentes, admittens etiam accusationes cõtra eosdem conscriptas, dũmodo manu certi hominis sint subscriptæ, vel de ijs coram se loquentes, mox curans vt veritatem dictorum inueniat, ex tempore tales interrogans super oppositis, quosq; reos inueniẽt, corrigẽs, vel ab officijs seiungẽs, vt & eos grauiter puniẽs, qui iniustè aliquem accusarint, alij tamen indagationem

nem huius veritatis nequaquam committens, nec facilè referentibus credens, nisi re comperta; qui & vt norit vt magistratus se habeant, quandoque inopinato adibit tribunalia, & audiet litigantes vsq; ad finem causæ, & videbit, vt se iudices gerãt, vt mox timentes ex tempore opprimi, ab iniustitijs, & negligentijs caueant. Qui, vt intelligat quid in aliorũ Principũ aulis agatur, id medio Oratorum prudentum, & sagacium intelligere poterit, qui si hostes sint, eosdem illuc eos mittens sub prætextu pacem, vel fœdus tractãdi, quos sibi curet beneuolentia conciliare, eos, cum per eius dominium transeunt, honorificè excipiendo, & beneficijs illos sibi deuinciendo, & matrimonijs, &c. & vt norit qualiter se habeãt subditi inter se, & erga illum, sæpè in publicum prodibit, audiens quoscunq;, & accusationes admittens, modo, vt supra, & curans, vt omnes eius subditos norit, & potentiores præsertim, vt dicit Isocr. in Euag. nu. 6. vt dissensionibus, & coniurationibus, quæ euenire possent, prospicere valeat.

Is etiam non curet dilatare Imperium, sed bene id regere, & conseruare, cum si amplum sit difficilè sit illud regere, si angustum periculo refertum velle id dilatare, ne simul omnia amittat, & ne subditi ab eo prius descifcant, quàm bellum adoriatur, vt dicit Isocr. orat. de pace. nu. 2. si tamen Principatus mediocris sit, illũ dilatare, si iustè, & absque alicuius iniuria id fieri potest, expediens magis erit, sic enim officia multis committuntur, quibus beneuolentia eorum acquiritur, & delinquentes expelli valebũt; magis tamen curet illũ conseruare, q̃ noua acquirere, cum acquisitio quandoque vno ictu fiat, conseruatio verò fiat medio virtutum, & assiduo egeat studio, & custodia: vt dicit Xenoph. lib. 7. Pædiæ Ciri. n. 26. & Demost. Phil. 1. n. 13. maximè vbi subditi bello, & nouitatibus dediti sint, vel libertati assueti; minusque debet vi, vel iniustitia iura alterius vsurpare, cum id sit violẽtum, & nullum

20 Princeps non debet curare dilatare Imperium, & cur, sed bene regere.

vio-

violentum durabile fit, vt dicit scriptura, Isa. 33. Veh, qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & in perpetua inde existit perturbatione, & sæpè iusto Dei iudicio confunditur, vt Holofernes. Iudith cap. 13. & Antiochus. 2. Machab. c. 15. licet licitum sit iniustè sublatum repetere. 3. Reg. cap. 22.

21 *Princeps medijs vti debet, quibus populo grat⁹ fiat, et quæ sint illa.*

Is demum medijs vti debet, quibus sibi comparet existimationẽ, & populorum beneuolẽtiam, quæ sunt annonæ abundantia, pax, & iustitia, de quibus supra est dictum; dum enim ciues necessarijs abundant, & pace fruuntur, literis, & virtutibus operam facilè dare possunt, quæ iccircò curarunt Manlius, Gracchus, & Cæsar, de quo legitur, quòd militem donis, populũ annona, cunctos dulcedine otij pellexit, & Aurelianus, ac Seuerus Imperatores.

Populus quoque, honestis exercitijs, & oblectamentis, vt qui nouitatum, est auidus, vt supra, in officio est detinendus; quod Græci obseruarunt, dum ludos Olympicos, Nemæos, Pithios, Isthmios instituere; quibus spectaculis etiam Cæsar Augustus aderat, vt ostenderet quanta ei cura esset, vt populus oblectamentis potiretur, ob quod & theatra sunt instituta; sic tamen, vt hæc spectacula grauia sint, & honesta, non verò turpia, vel immania, vt sunt comœdiæ, choreæve, in quibus multa peccata committuntur, nisi purgatæ sint, & iusta causa subsit ea agendi.

Non minus etiam populum oblectare solent ædificia magnifica, aquæductus, viæ amplæ, templa, hospitalia, dummodo ob ea agenda populi sumptibus grauibus non vexentur.

Vtile est etiam ad populum in officio continendũ, si militaria spectacula agantur, & factiosi, vel ciuilibus discordijs impliciti in bellum aduersus cõmunes hostes mittantur, si eorum delictum id poscat, vel communis necessitas, vt iram cõtra domesticos conceptã, aduersus hostes erumpant, sic enim Romani, cũ plebs commo-

commouebatur, exercitus aduersus hostes mittebant; quo facto animos plebis erga nobiles prauè affectos, quietos reddebant, & Cimon Atheniensis videns iuuentutem nolle quiescere, classe confecta in bellũ eos duxit, vt eorum virtutem erga Persas experirentur, & ostenderent, præcipuos eorum honoribus bellicis, modo ijs fidi possit, honestando.

Qui & aliqua vitia dissimulare potest, si ijs vetitis maiora certo sint patrãda. c. Nerui. 13. dist. qua ratione, licet meretrices is concedere non possit, cum fornicatio iure diuino vetetur. Exo. 20. nec sit consentiendum peccato, potest tamen in ciuitatibus, ad stupra, & fœdas libidines vitandas, dissimulando, eas tolerare, sic tamen, vt in loco ciuitatis remoto degant, vt impudentes ad eas accedentes dignoscantur, & eorum sordes.

SVMMARIVM.

1 Princeps qualiter cum diuitibus, maximè Principibus Imperij, & consanguineis se habere debeat.

2 Princeps quomodo erga inopes se habere debeat.

3 Princeps quomodo cum subditis acquisitis se habere debeat.

4 Princeps quomodo cum subditis hæreticis, & infidelibus se habere debeat.

5 Seditiones, ac euersiones Imperiorum vnde oriantur, & vt eis obuiandum, cum eorum remedijs.

6 Bellum ciuile ex quibus causis excitetur, & eius remedia.

7 Princeps debet dominium ab externis hostibus custodire, & quomodo id fiat, quibus & quot vijs.

De ratione adhibenda ad seditiones impediendas, vel compescendas. Cap. II.



NTER pcipuas solicitudines in conseruatione dominij adhibendas, summopere debet prudens Princeps curã adhibere ne populi excitent seditiones, & publicam proinde pacem perturbent, quod euenire potest, vel ex causis intrinsecis, vt est Principis incapacitas ob infantiam, vel viduitatem, si mulier sit, timorem pœnæ ob delicta patrata, contemptum religionis, desideriũ libertatis, errores magistratuum, nimiam clementiã, vel negligentiam, inertiam, vel existimationis iacturam, eius libidinem, nimiam sæuitiam, quibus obuiã iri debet virtutibus, & vijs, de quibus supra est actum. Idipsum euenire potest ob inuidias, dissensiones, ambitionesve potentum, vel ob instabilitatem, ac furorẽ multitudinis, & ad alienum dominium propensionẽ, vel ob ipsorum Principum ambitionem, qui vires dispergunt, dum plures prouincias suscipiunt, quàm eorum vires patiantur, vel noua Imperia adipisci tentãt. Vel extrinsecè ob fraudes potentiamve hostium, inter quæ intimæ causæ, & domesticæ maius periculum afferunt, quibus prudẽs administrator obuiare debet.

Cum verò quodlibet dominium ex tribus hominum generibus constet, diuitibus, inopibus, & inter hos medijs, vt erant & apud Romanos, Senatores, Equites, & plebei, vt dicit Liuius lib. 1. Plinius lib. 33. c. 1. & 2. Dion. Halic. lib. 2. Varro. lib. 4. ideò prudentis Principis est omnibus satisfacere, & operari, vt diuites plebe non abutantur, & plebs rebus diuitum nõ insidietur, omnes vt expedit, honoribus augendo, & non ex censu tantum, sed ex virtute, vt dicit Ouid. lib. 1.

1 *Princeps qualiter cum diuitibus, maximè Principibus imperij, et cō-*

lib. 1. Fast. & lib. 3. Elegia. & Plin. in proœmio. lib. 14. quæ vt aptius fiant, erit operepretium horum quoque naturam agnoscere, qui enim medio loco sunt constituti facilius reguntur, & aptiores ad obediendum extant, & secundùm virtutem magis se habere solent, diuites enim ob commoda quæ diuitiæ afferunt, à malo vix abstinẽt, inopes ob necessitatem, prætere a diuites nobilitate cognationibus clientulisque præstant, vnde alienum imperium ob eorum educationis mollitiem facilè nõ patiuntur, & ob animi elationem ferre id nolunt, inopes èconuerso non minus in turpibus, quàm honestis rebus apti sunt obedire, & vt diuites palam proximum lædunt, sic hi palam, & fraudibus adhibitis, medium verò locum tenentes, ea habent quæ satis sunt ad eos honestè alendos, nec illis subest potentia qua alijs nocere valeant, ex quo fit vt in officio se magis contineant. *sanguineis se habere debeat.*

Inter diuites verò, & potentes, tres hominũ conditiones valdè præstant, nati scilicet ex Principis domo, qui ob id ad Principatum aspirare valent, qui magna obtinent feuda, quique ob res bello, domive præclarè gestas magnam apud gentes existimationem conceperunt, qui omnes Principi suspitionem afferre possunt, & ideò prudenter cum illis agendum est.

Quo enim ad propinquos Principi, licet Turcigenę eos interimãt, & Reges Chinæ, & Etiopiæ eos in quibusdam locis amenis includant, tamen potior est via, & magis pia, vt lib. 1. est dictum, si humanitus cum ijs agatur, vt Christiani Principes facere solent: prudenter circumspectis eorũ naturis, & inclinationibus, eos honoribus, & opibus, quibus honorificè se habeant augendo, vt supra est dictum, quòd & cum feudatarijs potentibus agendũ est, qui sunt Principis velut nerui, & ossa, vt qui multitudini ob eorum potentiam animum augeant, & Principum ob id inuictũ reddant, si cum Principe conueniant, vt & illi maxima damna

afferre possunt si ab eo dissentiant, quibus priuilegia concessa seruanda sunt, & gradus honorifici deferēdi. Quo verò ad præstantes virtute, tametsi Ostracismo Athenienses eos auferrent, & Aristoteles sentiat, vt Principatus seruetur, id agendum esse, vt nemo alios authoritate, vel diuitijs commensurabiliter, & immodicè excedat, cum pauci sint, qui in fœlici statu passionibus proprijs moderari norint, nihilominus mitius agendo huic incommodo obuiam iri poterit, si Princeps potentium opera quive animo excedunt alios, vt qui noua facilè tentent, nō vtatur in rebus magni ponderis, vel qui naturæ calidæ, & sagaces sint, leuis, instabilisve, qui potentium, & calidorum ludus sunt, & eos quocunque volunt, vergunt, vel potentes detinendo in aliqua nobili legatione, spectaculorumve muneri, aut annonæ eos deputando, dummodo eorum ad id liber accedat consensus, cum aliàs licitè id fieri non possit, si emittantur etiam legationis specie, vt etiam Aristoteles censuit, nisi delictum eorum id poscat, vel virtus eminens id requirat, qua bono publico consulere possint, vt nec licebit subtrahere bona subditis potentibus, vt minores fiant, nisi crimen eorū graue id poscat, cum id sit iniustum, licet possit Princeps tali maiora bona non dare, cum ad id non teneatur; si tamen ij seducant populū, vel concitent factiones in ciuitate, sentirem ob bonum publicum emitti posse è ciuitate ad tempus, aliàs non ob solas diuitias, sed Princeps officijs, & honoribus eos sibi deuinciat. Secundo loco, opportunum erit peragere, vt magistratùs cum potentia supremæ proxima, non constituantur, & si iam sint constituti, eis illam auferre placidè debet, & quietè, quod si fieri tuto non licet, eam saltē illis minuere, saltem regendi tempus illis minuendo, cum potentia aliàs cum diuturnitate cōiuncta in causa sit, vt homines eorum conditionis obliuiscantur, & ex subiectis ad dominium aspirent: quā tamen in re di-

distinctio est adhibenda, nam administratio iustitiæ perpetua esse debet nõ in vnius persona, sed plurium qui inuicem in aliquo senatu sibi succedant, armorũ verò vsus, & administratio nulli dum viuit, vel pluribus est committenda; non pluribus, Ducum enim pluralitas belli administrationi impedimentum præstat, & exercitus ab vno duce rectus eum superabit qui à pluribus gubernatur. Nondum Dux viuit, quia militaris potentia homines temerarios nedũ audaces reddit, vnde Romani eorum magistratus, cẽsura excepta, annuos constituebant, & Dictator vix ad annum perueniebat, & èconuerso Cæsar, & Pompeius ob dignitatum perpetuitatem, & exercituum regimen, Rempublicam subegerunt, tum quia Principi auferretur facultas vtendi opera alterius, qui eo præstantior esset, tum quia prior ex infirmitate, vel aliter impotens ad administrationem reddi potest, qui si perpetuus constituatur, in magnum boni publici detrimentũ id cedit, & vt Princeps ministros perpetuos constituere nõ debet, pari ratione, lege, vel statuto se deuincire non debet, quominus eos confirmare non possit, prout eorum, & negotiorũ qualitas poscit: vnde Tiberius multos vsq; ad senectam in prouinciarum administratione, & exercituum perpetuare sinebat, quòd eorũ virtute, & experientia multa commoda reportaret.

Tertio loco, opportunum erit, si præter Duces exercituum, & præsidiorum, ac prouinciarũ præsides, quorũ munera non sint perpetua, consilium constituat immobile, iurisdictione attamen vacuum, in quo de ijs quæ ad pacem, & bellum attinent, & Reipublicæ administrationem, agatur, & decernatur, reseruata tamen sibi potestate deliberandi.

Princeps quõ erga inopes se habere debeat.

Quòd verò ad inopes spectat, cum nil eis sit quod amittere valeant, in nouis euentibus facilè commouentur, & omnia media quibus eorum statum augere valeant, libenter amplecti solent, & ideò qui Principa-

tum vſurpare tentant, eos ſibi conciliant, & illorum ope vtuntur; cui malo vt remedium adhibeatur, prudēs Princeps ex hoc ſtatu, ſeditionibus deditos, ſi delinquant, vel in nouas colonias transferre par erit, vel ad bellum, maritimum maximè eos emittere, vel eos obligare, vt agriculturæ, vel alij exercitio operā dent, ex cuius lucro vitam honeſtè degere poſſint, vt Areopagitæ Athenis fecere, & Amaſis Aegypti Rex, & hodie Chinenſes, qui nullos otioſos ferunt, & Romani, vt ab his tuti eſſent, curarunt, vt quilibet popularis bona ſtabilia poſſideret, vt eorū amor eos cogeret amare, & tueri ſtatum præſentem, quod ſi fieri non licet, debet Princeps eos in aliquo exercitio, vel ædificijs conſtruendis, ex quibus vitam alere poſſint, occupatos detinere, aliquos honores publicos eis etiam communicando.

Princeps quomodo cum ſubditis acquiſitis ſe habere debeat.

9 Alij prætereà ſubditi ſunt non naturales, ſed acquiſiti, circa quos prudens Princeps id curare debet, vt naturales fiant, & regionem proinde libenter incolant, & ament, aliter in qualibet rerum mutatione facilè vincentem ſequuntur, quod fiet ſi Princeps ijs medijs vtatur, quibus ſupra dictum eſt cōparari Principi beneuolentiam, & exiſtimationem, & præſertim ſi pax, iuſtitia, & abundantia illis in promptu ſit, ſi Princeps virtute præditis, & religioſis faueat, cum religioſi hominum conſcientias, & literis præditi ingenia poſſideant, & pertrahent, vnde qui hos lucratur, facilè & alios lucrabitur, quod & de artificibus præſtantibus dici, & intelligi debet, vt & prodeſt clemētia, quæ diſſolutio non videatur, & ſi oſtendatur id ex propria natura emanare, punitio verò non niſi ex neceſſitate publicæ quieti, & zeli iuſtitiæ, vt & prodeſt eminēs virtus in Principe, quæ non ſolum ſubditos, ſed & hoſtes ſibi conciliat, & præcipue ſi pacta, & conuentiones cū ipſis initæ conſeruentur, & ſi more incolarum educentur in victu, veſtitu, armis, & literis, & ſi curetur, vt cū

incolis

incolis ineant coniugia, nec tributis grauentur, & lingua Principis in regionibus acquisitis introducatur, quod fiet si leges in ea publicentur, & ministri in eadem causas audiant, & literæ, cõcessiones, & huiusmodi in eadem cõscribantur, vt Turcarum Princeps obseruat, & Carolus quoque Magnus seruauit.

Alij vlterius quandoque subditi hæretici, & infideles existunt, qui vbi multi sunt, ad bonam frugem sunt reducendi, quod fiet, Deo dante, si multi habeãtur boni cooperatores, doctrina, & exemplo vitæ incorruptę præstantes, quorum opera conuertantur, vt & vtiles scholæ extant, vbi eorum filij in disciplinis, à pijs, & catholicis instituantur, sic enim & ipsi, & eorum propinqui ad fidem reducuntur, vt in Indijs, & Germania in scholis, & seminarijs ab illustri Iesuitarũ societate erectis, videre licet, ad quod consequendum operepretiũ erit bonos cõcionatores à prælatis adhiberi, qui catholicam veritatem ijs enuncient, & solidis comprobent argumentis, quod facilius quoq; eueniet si denuò cõuersi priuilegijs decorẽtur, vt quòd arma deferre possint, militiã exercere, & magistratus obtinere, & à tributis soluendis, vel eorum portione immunes sint, & si videant in eos, & alios egenos eleemosynas, præsertim à viris ecclesiasticis, erogari. Inter hæreticos verò & infideles, qui Caluinum sequuntur, & Mahometani malitia omnes superant, vt qui carni omnino adhęrẽt, quæ Euangelij spiritui reluctatur, quibus nulla ratione fidendum est, vt qui data occasione omnia perturbant, seditiones fouent, & Principibus interitum pariunt, si per vires eis licet.

4 Princeps quo cum subditis hæreticis, & infidelibus se habere debeat.

Horum malo initio est resistendum, quod vbi radices figerit, triplici via ei obuiam iri debebit, tum si animus eorum humilietur, tum eorum vires atterãtur, & eorum vnio impediatur; minuetur eis animus si iustè priuentur nobilitatis splendore, magistratibus, vsu armorum, & equorum, ac splendidis vestibus, vt Tur-

cigenæ erga Christianos eis subditos se habent, vt & vtile erit si huiusmodi gens laboribus grauibus agricolturæ, & artium mechanicarum applicetur, sic enim vt eorum bonis potiantur, pacem affectant, quo pacto Cimon Atheniensis cæteris græcis immunitate à militia concedebat, vt culturæ suorum agrorum operam dantes, ex ea iucunditate capta, militiam desererent, & ipse suos in armis exercens, omnibus potiretur, quo pacto Cirus Cidios populos prius ferocissimos, agricolturæ, & mercaturæ ipsos addicens, animo abiecto refertos, & timidos reddidit; & Augustus Cæsar, vt Romanorum ferocitatem domaret, scenarum spectacula in vrbem introduxit, vt & musica animos molles, & effœminatos, præsertim quæ quintum, & septimum resonat sonum, efficit, à quibus tamen cauẽdum, cum mali causa sint. Secunda via est, vt eorum vires extenuentur, quod fiet si arma eis auferãtur, & ars, ac materia armorum eisdem vetetur, & iuuentus, ac homines fortitudine inter eos præstantes à Principe in expeditione bellorum propriorum detineãtur, vt Cæsar cum Gallis fecit, qui apud se eorum iuuentutem retinuit, cum ijs non fideret; vt quoque tutum non est, vt loca fortia, vel facilè munibilia incolere permittãtur, vnde Romani nõ valentes superare Ligures Apuanos ob asperitatem regionũ, à montibus ad planitiem eos redegere; vt & prodest eos pecunijs priuare, tributis, & alijs rationibus, iustè tamẽ exercitis. Tertia via est, vt inter eos vnio impediatur, cum multitudo vnita omnia audeat, vnde Cæsar Augustus timens tumultus, noluit vnquam vt Romæ plures tribus cohortibus ad sui custodiam degerent, quod fiet, si eis animus, & voluntas adimatur se inuicem coadunandi, quod eueniet, si inter eos suspitiones, & diffidentiæ, iustè commoueantur, ita vt alter alteri non fidat, idque medio occultorum exploratorum fieri poterit, vel si coniugia inter vnum populum, & alium, vel vnam familiam, &

aliam

aliam potentem, iustè impediantur, quod Romani cū Latinis fecere, vt & proderit si capita factionum, quæ existimatione vigent, alio transferantur, vel existimatio eorum minuatur, si iustitia id suadeat ob eorum demerita, quo pacto Paulus Aemilius, vt Macedoniā quieti redderet, iussit illius prouinciæ præcipuos simul cum filijs Italiam adire, & incolere; vt & proderit si conuenticula eorū, & coadunationes prohibeantur, vnde Saladinus capta Hierosolyma, campanas abstulit, ne Christiani eo signo conuenire valerent, licet impiè egerit, vt & proderit si cogantur Principis lingua sermones habere, vt si simul colloquantur, intelligantur, vt & vtile est si foueis, vel aquæductis ciuitas diuidatur, sic vt ciues facilè conuenire non possint, vt in Memphis vrbe est actum; vt & prosunt castra munita intra ciuitatem extantia, coloniæ locis suspectis proximæ, & præsidia intus, ac foris extantia, vt seruat Turcarum Princeps, qui militiam centū millia equitum in varijs regionibus dispersam, promptam habet ad quemlibet tumultum statim sedandum; quæ si nō prosunt, in alias regiones iustè sunt transferendi, & si hæretici sunt, ijs quæ hæresim fouent, nempe concionatoribus, & libris priuētur. Quarta via est, vt eorum vnio cum externis populis impediatur, quod fiet, si, vt proximè dictum est, cū eis impediantur cognationes, amicitiæ, hospitalitates, & occultæ cōuentiones, quod fiet si exploratores in vtraque regione detineantur, & si custodes alātur in portubus, & locis, vnde exitus, & ingressus in propriam regionē adest, qui prædicta obseruent, subditis etiam præcipiendo ne alienas regiones absque Principis licentia adeant; vt & vtile erit si suspecti à locis uicinis iustè auferātur, quo pacto Turcarū Princeps post Lepanti conflictū, iussit Christianos à littoribus Græciȩ recedere ne cū Latinis unirentur, & Reges Perunij, capta aliqua prouincia, pcipuos regionis statim ad urbem regiā, uel alio trāsferebant,

Aliæ

5 Aliæ prætcrea uiæ, & remedia adhibenda ad seditiones impediendas, & dominij euersionem, & causæ id excitantes amouendæ, & ubi iam commotę sint & excitatę, sunt extingendę; Vnde cauere pręterea Princeps debet alijs rationibus ab ijs quę ad regni tendũt euersionem, inter quę uis prima est, quę est occulta molitio unius, uel plurium in Regẽ, uel regnũ, quod duobus modis fit, insidijs, & proditione, occultæ enim fraudes ineuitabiles sunt, ut ait Tac. lib. 2. hist. & Sall. ad Cęs. uel ob auaritiam id eueniat, uel militum fidẽ, quę fluxa est, ut dicit Curt. lib. 4. Tac. d. lib. 1. hist. qui enim suã uitã contemnit, alienæ dñs est, ut dicit Sen. ep. 4. unde difficilè contra huiusmodi est defensio, aliqua tñ erit, & primò si indagẽtur subditorum maximè illustrium actiones, cum Principem latere nõ debeat quid quisq; subditorũ faciat, uel dicat: ut dicit Arist. lib. 5. Polit. c. 11. & Curt. lib. 6. & 8. hac enim uia latus à domesticis muniet, referenti contra se agitata præmia quoq;, & impunitatem indices lege desuper lata, & sæpius repetita, præmio enim cedet aliorum salus: vt dicit Tac. lib. 4. Annal. Delatoribus omnibus aures præbens, non tamen fidem, nisi re acriter examinata, & eo magis cum de re propria agatur, ne apud vulgus nomen subeat, quod insontes extinxerit, vt dicit Dio. lib. 51. & Tac. lib. 15. Ann. cum vulgus non credat, ꝙ quis inermis militibus cincto insidias struat, & penè non credatur facinus tale, nisi perpetratum, vt dicit Dio. d. lib. 52. Liu. lib. 11. Quo comperto, lente, grauiter tamen puniendum, dicit Cic. prę Mil. vt in vno omnes lædat, paucos puniendo, & in ijs omnes terrendo, vt dicit Sallu. in Cat. Data tamen mora vltioni, vt dicit Tacit. lib. 14. hist. & si eam non potest tuto exequi, prius securitati consulat: vt dicit Tacit. lib. 11. Annal. si tamen is vir sit Reipublicæ necessarius, est pœnæ parcendum, vel temperanda, vt inquit Sen. 1. de clem. hæc enim clementia animos omnium deuincit, vt ibi dicit

Seditiones, ac imperiorũ euersiones vnde oriãtur, et vt eis obuiandum, eorũ remedijs.

dicit Sen. Innocentia verò est optima custodia Principis,vt dicit Plin.Paneg cum qua iungere debet & orationes,vt Deus ipsum custodiat,sine quo cautelæ omnes adhibitæ inanes sunt. Act.7. Prou.3. sic tamen,vt & ipse suos incolumes seruet,vt dicit Plin.Paneg.non ab re tamen erit vbi subest huiusmodi suspitio,vel vicini,etiam amici,arma,& milites congerunt,sibi prospicere,& proprios milites paratos habere, & exteros,ar ra data,sibi deuincire, duces, & milites, qui in præsidijs, & locis munitis sunt, frequenter mutare, ne aliquid moliendi eis occasio detur;vt nec tutum est Principes exteros in proprias admittere ciuitates, vel arces,etiam videndi causa tantum,nisi paucis, vel inermibus sociatos: qui &, vt norit aliorum Principum motus,& nouitates, fidos,& prouidos viros,præter legatos,habeat, qui ea sibi fideliter, & celeriter nuntiēt.

Proditio quoq; euertit Imperia, cum intra mœnia sunt hostes,vt dicit Sall.in Cat. in quam inclinant maximè auari, vt idem ait in Iug. vultu honesti,occultè insidiosi, & subdoli, vt dicit Curt.lib.4. simulatores, pulchrà loquentes,& in pectore praua struentes, vt dicit Homer.Odiss.1 qui non cognoscuntur quoad prodiderint,vt dicit Sen.lib.7.controu.7. fidem præferentes,vt maximè falleant,vt dicit Liu.lib 28.

Huic malo succurritur indagatione, & pœna, cum sint patriæ improbi, vt dicit Cic.ad Brut.ep.15. cum id genus sit quodammodo sacrilegij, vt dicit Plato 9. de legib. & Cic.lib.4.in Cat. cum ij inuisi sint ijs & qui illorum opera vtuntur, proditionem enim amant non proditores,vt dicit Curt.lib.5. & Plut.in apophe. Odium quoq; causa est euersionis regni, vt dicit Cic. pro Rabir.cū in subditis adest prauus affectus de Rege,vel in Regem, quod magnam vim habet ad regni interitum,vt dicit Cic.de Arusp.& 2.de offic.maximè si ei sit iunctus metus, nulla enim vis Imperij tāta est, quæ metu præmente possit esse diuturna, vt ibi dicit, quia

quia quem quis metuit, odit; quem odit, perijsse expotit, vt ibi ait, ac per gradus quosdam ad id tendunt: Primò, execrando, tum insidiando, mox opprimẽdo, vt dicit Sen. 1. de clem. quod ipsis facilè est, cum multæ ijs sint manus, Principi vna ceruix, qui & captant occasionem, ac tempus expectant, vt dicit Cic. de Arusp. resp. quo inclusum odium repentè aperiũt. idem Cic. ad Lent. lib. 1. ep. 9. cui nil resistere valet, cũ multorum odijs nullæ opes resistere possint, vt dicit Cic. 2. de offic. & Sen. 1. de clem. Vnde fugiendum est odiũ populorum, quod prouenit ex vitijs Principis, scilicet sæuitiâ, auaritia, rigore, vel vitiorum opinione. Sæuitia exercetur in supplicijs, ad quæ est tardè veniendum, vt dicit Sen. 1. de clem. & nisi necessitate vrgente, idq; ad bonum Reipublicæ non sui causa, vt ibi dicunt Cic. & Sen. & si res propria agitur dissimulandum, & ostendendum se magno cum tormento ad castigandum venire, vt ibi dicit Sen. & non vt ipsi pereant, sed alios terreant, ad exemplum omnia referẽdo non ad vltionem, vt dicit Sen. 1. de Ira. & Cic. 2. de offic. cum & iratus, ad pœnam puniens, modum excedat, vt ibi dicit Cic. nec gaudium in pœna ostendẽdo, cum id ferinum sit, vt dicit Sen. 1. de clem. si enim ad terrorem aliorum id fiat, Princeps excusatur, vt dicit Tacit. lib. 15. Ann. Aduertendum etiam vt pœnæ sint patrio ritu, vt dicit Arist. li. 5. Polit. c. 11. nouitas enim lædit, vt dicit Sen. 2. de clem. quas & æqualiter de similibus sumi par est, nisi id cõtingat in nobilib⁹, vel alia de causa, vt viris Reipublicæ vtilib⁹, quibus ẽt parcere cõuenit Cic. 2. de offic. Plin. li. 8. c. vlt. & sic vt Princeps ipse nunquam per se supplicia sumat, vt dicit Xenoph. in Hier. & vbi multi puniendi necessariò sunt, vno ictu id fiendum dicit Tacit. in Agric. & Sen. 1. de clem. quia repetita vindicta, odium gignit, mox beneficia in alios conferendo, vt dicit Tacit. lib. 14. Annal. & puniendo ministros rerum atrocium, vt idem dicit

lib. 13.

lib 13. Ann. & Curt. lib. 10. sic enim placatur ira populi, videns publicos ministros noxios puniri. Odium quoque gignitur ex auaritia, quæ maximè in tributis grauibus imponendis cognoscitur. Vnde lenienda sunt, cum in Principe nil terrius sit auaritia, vt dicit Cic. 2. de offic. Ideò in imponendis tributis Princeps innotescat, id fieri ex necessitate, Respublica enim sine armis esse non potest, nec arma sine stipendijs, nec stipendia sine tributis, vt dicit Tac. lib. 4. hist. & proinde sine illis imperium sit periturum, cum ratio quæstuum, & necessitas erogationum inter se congruant, vt inde oporteat ex causa ea quandoque augere, vt dicit Tac. lib. 13 Annal. quæ non videt vulgus, redditus tantum considerans, nō autem impensas, vt dicit Dio. lib. 52. & ideò vtile est cum ciuitate quandoq; calculos ponere, vt dicit Plin. Paneg. & vbi populus renuit subire tributa ex iusta causa posita, suasione est vtendum, cum suasio in eo qui imperare potest vim necessitatis afferat, vt dicit Tac. lib 14. Ann. & quandoque vi; sed cum moderatione, vt modica sint tributa, vt idē dicit lib. 4. Ann. & magis tondeatur pecus, quàm deglubetur, vt dicit Suet. in Tib. aliter dicent se pauperes, & impotentes, vnde pacem exuent, vt dicit Plut. in Temist. & Tac. lib. 4. Ann. cum nimis emungens sanguinem eliciat. Prou. 30. Cauendum etiam ne sordida sint tributa, indignum enim est Rege lucrum ex omni occasione odorari, vt habet Am. lib. 22. vt nec iniustè, vt dicit Tac. lib. 2. hist. Crebra quoq; esse non debent tributa sub varijs finibus, & lucrandi vocabulis, vt dicit Tac. lib. 4. Ann. & lib. 4. hist. vetera tantum seruando, sine ministrorum auaritia, vel crudelitate, vt idem ait lib 4. Ann. si mos sit illis omnes decoriare, vt dicit Cæs. lib. 3. de bello ciu. Cui rei prouidendum est, primò, non commendando res suas, nisi spectatissimis viris, vt dicit Tac. lib. 4. Ann. qui si grauiter errent, amouendi, amissione nedum pecuniarum extortarum,

sed & propriarum mox puniendi, si grauitas rei id patiatur, vt dicit Plin. in Paneg. vt spongiæ affatim exprimuntur postquam biberint, vt ex Suet. in Vespas. c. 16. colligitur; tributa et modeste sunt exigenda, videlicet per partes, vt dicit Dio. lib. 52. vitando illa extrema, vt boues, mox agros, tum corpora pœnæ tradant, vt dicit Tacit. lib. 4. Ann. Id etiam obseruando, quòd vno tantũ, ac certo tributo teneantur, in reliquis liberi sint, vt dicit Cic. 2. de offic. nec à militibus diuexentur, vt ait Tac. in Agric. Vlterius tributa imponens, debet in impensis restrictus esse, sic enim populi non ægrè ferent tributa, videntes in publicum bonum ea conuerti, & vt ait Dio. d. lib. 52. & Arist. lib. 5. Polit. c. 12. non priuatim largiendo quod à Republica sumitur, vt dicit & Tac. lib. 1. & 2 hist. cum publicus dispẽsator, temperatè expendere debeat, & nisi in militum alimonijs, ac alijs publicis necessitatibus, nõ in suas suorumve delectationes, vt dicit Lampr. in Alex. & minus scortibus, adulatoribus, & huiusmodi ficubus infructuosis, vel coruis, aut miluis largiendo, vt dicit Stobæus serm. 15. & contra Princeps parcus in rebus suis, in illis Reipublicæ auarus, semper abundet, cum frugalitas tot impendijs sola sufficiat, vt dicit Plinius Paneg. Aequalis quoque debet esse omnium contributio, vt Sol omnibus in commune nascitur, vt idem dicit. & Cic. 2. de offic. Hoc verò fit per census, vt dicit Liu. lib. 1. iubendo quemq; opes suas ad censum deferre, patrimoniũ, dignitatem, artem, & officium, vt dicit Plato. lib. 12. de legib. & Flor. lib. 1. c. 6. sic enim cognoscitur quantum gentes numero militum, & pecunia valeant, vt dicit Liu. lib. 1. & vt æquiter quotannis ex censu tributa conferantur, vt dicit Cic. lib. 2. in Verrem, recensendo etiam per viros probos, populi soboles, familias, & pecunias, vt idẽ dicit lib. 3. de legib. qui viri ad id opus, expedit, ad odium, & suspitiones vitandas, vt à populo eligantur, vt ibi dicit. Bini, vel terni in singulis ciuitati-

patibus, qui census singulis annis sunt recensendi, vel tertio, aut quinto exacto, vt dicit Arist, lib. 5. Polit. c. 8. primum tamen est satius si non adferat magnum incommodum, ob migrationes, mortes, opumve alterationes.

Odium præterea oritur ex seueritate censuræ, quæ necessaria est in Republica, vt dicit Cic. lib. 5. de Republ. qua mores, vel luxus, qui legibus non arcentur, puniuntur, qui si omittãtur, paulatim funditus Rempublicam euertunt, vt dicit Dio. d. lib. 52. Tacit. lib. 3. Ann. Valer. lib. 2. c. 9. hæc verò est magistra pudoris, & modestiæ, vt dicit Cic. in Pison. & eligi debet vnus vel alter pfectus moribus, magister veteris disciplinæ, qui id exequantur, vt dicit Cic. pro Cluent. & vetãdo in particulari, lasciuias, ebrietates, iurgia, circa quamcunque ætatem, & sexum, à senibus cohibendo voluptates, quibus sine dedecore vacare nõ possunt, vt ait Sall. in Cat. à plebe otia, iubendo vt habeat negotia, quibus à malo publico abstineat, & vt oẽs probitati, & industriæ, non sumptibus, vel diuitijs incumbant. Modum ẽt imponendo circa pecunias, domos, conuiuia, vestitũ, vt in immensum indebitè pecuniæ non q̃rantur, quia est Principi cupido auri infensa, vt dicit Tac. lib. 11. Ann. & Val. lib. 4. c. 3. & subditis nociua, quia vbi diuitiarum est cupido, nec disciplinæ, nec bonæ artes satis pollent, vt dicit Sall. ad Cæs. maximè fœnora vetando, vt dicit Tac. lib. 6. Ann. & alias malas artes lucrandi, & profusiones, finem etiã sumptibus statuens, vt dicit Cic. 2. de offic, & Sall. ad Cæs. Circa domum, ne nimis superbè ædificent, nec ornent auleis, vel signis valdè pretiosis, vt idem dicit. Modum ponẽs vasibus argenteis, suppellectili, familiæ, vt ait Tacit. lib. 2. Ann. Circa conuiuia, vetando exquisitas epulas, vt dicit Plin. Paneg. vndique quæsitas. Sallust. in Cat. Circa vestes, ne promiscuę sint uiris, & mulieribus, nobilibus, & plebeis, & ut dignitate, uel ordine decorati,

ti, à cæteris dignoſcantur,ut dicit Tacit.lib. 2. Annal. conuiuia enim & ueſtes ægræ ciuitatis indicia ſunt, imò morituræ, ut dicit Sen.ep. 115. Salluſt. ad Cæſ. Ariſt.lib.5 Polit.

Hæc uerò ſunt cohibēda,ignominia, ut inde homo erubeſcat, ſuſpendendo talem ad tempus ab honoribus publicis,ut dicit Cic.lib.4.de Repub quod ſi nō ſat eſt, pœna etiam adijci poteſt, ut dicit Plin.Paneg. quæ omittere Princeps nō debet, ut libidines comprimantur,ut dicit Cic.pro Marcell. etiam ſi difficultatē apud populos patiatur,cū pro bono Reipublicæ quęcunque aſpera ſint capeſcenda, ut dicit Sall.ad Cæſ. & Ariſt.lib.1.Eth.c.5. Hæc uerò facilia erūt, ſi Princeps ipſe ſub cenſura ſit,antiquò cultu,ac uictu contentus, cū eius uita ſit cenſura perpetua, ut dicit Plin.Paneg. & Tac.lib.3.Annal.tum ſi non omnia ſimul emendet, ſed paulatim,cum repentè uita mutari,uel natura cōuerti nō poſſit,ut ibi dicit Tac.& Cic.pro Scilla. cum alios neceſſitas,nonnullos ſatietas in melius mutet,ut ibi ait Tac. tum ſi bonis præmia diuidet, ut dicit Cic. ad Brut.ep.16.Plin.Paneg.Et odia hoc pacto minuentur,licet nō tollantur,cum omnes boni, & mali libertatem cupiant,ut dicit Sall.ad Cæſ. quæ tamen curare non debet Princeps,cum neſciat regnare,qui odia nimis timet,ut dicit Sen.in Aedip. ſi leuia ſint,cum populo omni inſit malignum quid, & quærulum in imperantes,ut dicit Plut.in Polit. & regium ſit malè audire,cum faciat bene,ut idem dicit in apophteg. ſic tamen,ut caueat ne ſibi malum inde fiat,& conſtans ſit, cum expectet æterna præmia in cœlis.

Euerſio quoq; Imperij à contemptu cauſatur, cum imprimitur ſubditis,uel alienis uilis opinio de Rege, & eius ſtatu, cum contra æſtimatione, & authoritatis opinione ſuſtineatur, quæ efficit, ut tot millia uni ſoli,licet ſeni,& quandoque inualido obediant, ut dicit Sen.1.de clem.& Cic.pro Cluent.cum aliàs uires imperij

perij in manu obedientium sint, vt dicit Liuius lib. 3. idq; fiat ex æstimatione, quam tollit contemptus, ut dicit Arist. lib. 2. Rhet. c. 2. & proinde causa est interitus regnorum, ut docet Arist. lib. 5. Polit. cap. 10. licet enim ab odio destruantur, odium tamen inefficax est sine contemptu, cum qui odio prosequuntur timeant aggredi, at ubi concurrit cõtemptus, timor excutitur, & audacter aggrediuntur, cum ipse se prius contempserit, ut dicit Plin. in Paneg & lib. 8. c. ult. Contemptus uerò oritur si modus imperandi sit nimis lenis, & dulcis, ut dicit Cic. lib. 5. ad Attic. ep. 14. qui proinde se in discrimine locant, & plebi licentiam prębent peccandi, ut dicit Arist. lib. 6. Polit. cap. 4. Vel etiam si Princeps sit mobilis, & mutabilis blanditijs, uel offensis, ut dicit Tac. lib. 2. hist. Vel si incuriosus sit; pręsentibus fruens, & in futurum nil cogitans, ut ibi dicit; uel cum honores effusè diuidit, magnos, & diuturnos, quasi spontè uideatur de imperio exire, ut ait Tacit. lib 2. Annal. & lib. 3. hist.

Contemptus etiam ex moribus deprauatis oritur, maximè si quis libidini deditus sit, ut dicit Tac. li. 15. Ann. & Sen. de breuit. uitę. c. 6. Arist. lib. 5. Polit. c. 10. & 11. similiter si quis ebrietati se dedat, & crapulæ, uel si in eo est tarditas ingenij, stupor, uel linguę debilitas, ut dicit Cic. in Pison. uel facies parum decora, ętas grauior, aut ualetudo imbecillis, quę sępè derisui & fastidio sunt, cum uulgus externa sępe ad culpam habentis trahat, ut dicit Tac. lib. 1. hist. & 4. Ann. quę omnia, si animi mala sunt, à Principe sunt emendanda, si externa uirtutis amplitudine tegẽda, & breuiter seditiones excitantur ex auaritia magistratuum, qui populum exactionibus nimis grauent, uel honorũ desiderio, uel ubi potentes inferiores lædunt, uel timore, excessus ẽt authoritatis, potentię, & diuitiarum, & contemptus, subitum Reipublicę augmentum, malorum impunitas, otiũ, dissimilitudo, negligẽtia in Re-

publica tuenda, idem agunt, quas prudens Princeps, prout iustitia patitur, excidere debet, ne imperium destruant, ut solent, ut supra est dictum.

Debet proinde Princeps, prudentia maxima uti ad prędicta uitanda, & astu quandoque, cum inter argutos malosque uiuat, qui fraude, fallacijs, & mendacijs sæpè utuntur, ut dicit Cic. pro Roscio. cum Princeps utilitati publicæ intendere debeat, ut idem ait 3. de offic. Hæc tamen astutia Principis si leuis sit probatur, ut scilicet intentus semper, & suspensus sit, nil ferè nisi quod oculis se manifestat credens, ut dicit Sen. 2. de Ira. cum pro omnibus excubet, unde turpe est, & omnibus noxium, illum labi, errare, & decipi, ut dicit Cic. Philipp. 5. Incauti enim opportuni sunt injuriæ, quę Principibus undiq; patent, ut dicit Tac. lib. 1. hist. cum in eorum domo, nomen tantum amici inane remaneat, ut dicit Plin. in Paneg. paucis credendo nisi eorum fides longo usu sit cognita, ut dicit Cic. ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1. Facie tamen omnibus se amicum ostendendo, ut idem dicit ad Lentul. ep. 9. Et licet dissimulatio, & simulatio ex omni uita abesse debeant, ut idē dicit 2. de offic. dissimularę tamen pro bono publico non incongruit, ut idem dicit, pro Mil. nec solùm apud exteros, sed etiam suos, ut sub lingua, non in lingua animus occultetur, aliter qui animum in fronte gerūt, non sunt apti imperio, ut idem dicit pro Sextio. sic tamen, ut dissimulatione modicè utatur, ut dicit Arist. lib. 3 Ethic. c. 7. & maximè animos sibi hominum conciliãdo, suasione & dono, ut ait Cic. 2. de offic. sic enim & in acie hostium proprię manus inueniuntur, ut Tacit. ait Agric. dummodo prędicta iustè fiant. Deceptio tamen illicita censetur, tametsi Plato lib. 5. de Repub. asserat Principes uti debere crebro mendacio ad cõmodum subditorum, id tamen apud Christianos illicitum est. Eccl. 7. Prou. 16. & ex Aug. ep. 8. & in Psal. 5. nisi hæ fraudes fiant in eos quos iustè debellare licet,

absque

absque tamen mendacio, quod licet, ut dicit Diuus Tho.2.2.q.40.art.3.

Cauendum tamen est, vt supra, à perfidia, vt ait etiam Cic.3. de offic. fraus enim distringit, non dissoluit periurium. & Liu.lib.9.expectent iratos omnes Deos, quorum eluditur numen; pari ratione iniustitiā vitare debet Princeps, ne contra ius aliquos lædat, vt nec illustres viros absq; crimine perdere, vel in exilium mittere debet, vt dicit Arist.lib.5.Polit.c.10. vel ijs insidias struere, vel specie legationis seponere, vt dicit Tac.lib.1.hist.& 2.Ann. Vt nec aliena appetere, vel occupare in morte alicuius Principis, vt idē dicit lib.1.hist. aut in diffidijs finitimorum, quòd æstimet tunc anguillarum capturam esse, ex Lips. abire tamen à legibus sui defendendi causa, nō aliena inuadendi, si leuiter fiat, Principi non videtur omnino illicitum, vt dicit Curt.lib.5. sic tamen, vt iniustum non agatur, cum Dominus auersetur omnem iniustitiā. Deut.25. aliter minatur propter iniustitiam, & dolos, iniurias, & contumelias, se regnum à gente in gentem translaturum. Eccl.10. & eos deserit à quibus deseritur.

6 *Bellū ciuile ex quibus causis excitetur, & eius remedia.*

Cauere quoque summopere debet Princeps ab ijs quæ ciuile excitant bellum, cum eo nil fœdius, miseriusve sit, vt dicit Cic.Phil.12.& Sen.2.de Ira.cum ibi cuncta scelera perpetrentur, fratricidia, patricidia, euersiones rerū, incendia, stupra, & alia innumera mala, vt dicit Tac.lib.3.hist.quæ eo peiora sunt, quo quis ab illis ea patitur, à quibus defendi deberet, præterquam id quoque Principi maximam perniciem affert, si enim ciues inter se dimicent, sic vt multitudo cōtra diuites dominantes insurgat in Aristocratia, ibi est defectio, & non seditio tantum: in Monarchia verò si insurgit in Principem, est pariter defectio, si in magistratus, idem est licet imperfecta, vbi Principi obedientiam præstat, si verò vna pars ciuitatis, in aliā ob odia priuata insurgit, ibi est seditio, quæ tamē est per-

 nicio-

niciosa, quia per eam debilitantur vires Imperij, vnde exteri animos accēdunt ad id aggrediendū; vnde dum Senatus Romanus cum populo dimicabat, sæpè Thusci, & Veientes illos aggressi sunt: vt dicit Liu. lib. 2. Dec. 1. nu. 24. & 36. quod quidem ex luxu nimio sæpè prouenit, opibus, conuiuijs, abundantia regionis, vnde incolæ petulantes fiunt. 5. Polit. nu. 14. quæ mox egestatem gignit, vt dicit Tac. lib. 1. hist. & Lucan. lib. 1. ideò tollenda est; seditio enim, & factio causa est belli ciuilis, factio dicitur paucorum, vel plurium inter se contentio, quæ sæpè oritur à priuatis, vel publicis familiarum odijs, & sæpè ab ambitione, vt dicit Sen. ep. 74. & Liu. lib. 3. vnde ciuitas in partes diuiditur, vt dicit Arist. lib. 5. Polit. c. 4. quæ ideò à Principe sunt cohibenda, cum exitij sint causa, vt idem dicit cap. 8. vetando etiam nominum, & vestium insignium discrimen, vt dicit Dio. d. lib. 52. & comprimenda hæc in semine, antequam crescant, vt Arist. ait d. c. 4. aliter ex paruo igne magnum incēdium exurgit, vt dicit Curt. lib. 36. simul dimicantes conciliando, & auferendo nomina factionum, vt aliqui dicantur Hispani, alij Galli, & eijciendo turbulentos ex ciuitatibus si eorū delicta id requirant, non tamen in arcibus eos relegando ne noua tentent, vel eos ad bellum contra hostes iustum emittens, ne se lædant, vt Romani fecere, teste Plutar. in Camillo.

Seditio verò, quæ est multitudinis in Principem, vel magistratus, subitus, & violentus motus, causa est exitij Imperij, quæ sæpè oritur à metu, timens multitudo ob aliquod flagitium ne pœna præueniatur, vt dicit Arist. lib. 5. Polit. c. 3. quandoq; ab oppressione, sæpè à nimia indulgentia, & rebus laxis, vt dicit Liu. lib. 2. & quandoq; ab inopia, pauperes enim diuitibus inuident, & noua expetunt, & ab ambitione, ex quo fit, vt ij nocturnis colloquijs, deterrimos quosq; congregent, & Principi detrahunt, & in eum prauos exci-

tant

tant sub libertatis specie, vt dicit Tacit.lib.1.Ann. & 4.hist. Quibus in tempore est succurrendum, principijs obstando, vt idem ait lib.14. Ann.& 1.hist. mittendo eos qui moneant, & suadeant, maximè graues, & eloquentes, vt idem dicit lib.3 hist. non enim par est, vt Princeps accedat, nisi innoxius sit, & viribus fortibus stipatus, vt idem ait lib. 1.hist.& 1.Ann. sic enim plebs timebit, quæ est aptior ad desciscendum, quàm ad bellandum; & tentandum, quàm ad tuēdam libertatem, vt dicit Liuius lib.6.& 7 quòd si seditio fortior sit, fortioribus viribus est conterenda, sed non statim, sed spatium dandum pœnitentiæ, & bonorum consensui, eos diuidendo, spem dando, & metum auferendo, vt dicit Tacit.lib.1. Ann. sic enim seditio facilè dissoluetur, & inuigilando, vt ante noscat quid machinētur familiares ciuesve in eum, medio exploratorū, an conuenticula ineant, an exteri accedant, & cuius rei causa, vt ita vbi suspicatur quid mali, remedium debitum adhibere maturè possit.

Tirannis quoque est causa belli ciuilis, cum odium & timorem adducat, vnde fugienda est, & omnis eius species. Iniustitia quoque, est causa euersionis Imperij, & ècontra seruatur si ius in eo, & iustitia seruetur. Eccl. 10. Prou.16. & docet Cic.lib.2.de offic. & Arist. lib.5.Polit.c.7.& 8. vel si Princeps vni factioni contra aliam fauet, & pariter ex annonæ penuria. Vnde omnia impedimenta sunt tollenda per quę ciuile bellum oriri possit, ex quo Imperij euersio fit, id potius sapiētia, quàm armis finiendo, vt dicit Cic.2. & 5.Philipp. initijs obuiando, vt ait Tac.lib.3.hist. vel capita discordiæ incorrigibilia iustè ablegando, vt idē dicit lib.16. Ann.& milites remouendo, & eos contra exteros iustè mittendo, vt idem ait lib.3.hist. & in primis clemētiæ adhærendo, vt inquit Sall.ad Cæs. & Cic.ad Brutum. ep.2. cum nullum ornamentum Principi sit nobilius, quàm ciues seruare, vt ait Seneca 1.de clem. Et defe-

ctiones sopiendo antequā progressus, & vires sumant; nec eas contemnendo, vt dicit Xenoph.lib.5. Pædiæ Ciri.num.23. & vbi aliqua ciuitas defecit, aliæ statim præsidijs muniendæ sunt, maximè nitens præcipuam dominij seruare, vt fecit Cæsar, eodem teste lib.3. de bel.Gall. puniens tantum capita defectionum, ne si in multitudinem sæuire vellet, multi innocentes tollantur, vt dicit Herodia.in Seuero. & eo magis clementia vti debet si plures simul ciuitates defecerint, & vna redeat ad obedientiam, vt aliæ hoc exemplo idem faciant; eos tamen qui sæpius defecere, grauius vrgendo præsidijs, & pœnis debitis, nisi timor subsit ne vicini, vel longinqui Principes, cum ijs iungantur, sic enim à pœna est abstinendum; quòd si in necem Principis coniuratio fiat, prius omnia auxilia paret, quibus opprimi possint, vt ait Tac lib.2. Ann. antequam contra eos procedatur, quibus paratis, grauiter sunt iuxta leges puniendi, qui si pauci sunt medio iustitiæ cognoscat eorum causas, & puniantur, si multi omnia in tuto ponenda sunt, & præcipui capiendi, ac puniendi, multitudini tamen, vt supra, parcendo.

Vbi seditiones præterea in Principem commouentur, si ipse viribus potior sit, & prædicta remedia non prosint, principijs est obuiandū. & mali radicem citò, & occultò oportet auferre, seditionū capita iustè ablegando, & rationibus supra deductis; quòd si tumultui inferior viribus sit, prudenter furori cedendum est, cū huiusmodi vniones, vt quę vt plurimū capite careant, citò quiescant, sic tamen, vt Princeps à loco tumultus omnino non recedat, cum eius absentia seditionū authoribus animum augeat, vt contra præsentia adimit, & eius maiestas comprimit tumultuantes, modo periculo se non exponat, sed arce, & militibus se muniat. Secunda via est, si populus ab internis tumultibus, ad externa bella traducatur, vel Princeps opera hominū, qui plebi sint grati, vtatur, qui eos sedét, vt & supra est

dictum,

dictum, vel si omnes placari non possunt, cura adhibeatur, vt eorum vnio dissoluatur, vt & prodest vti opera concionatorum,& virorum virtute, & sanctitate præstantium, vel vbi prædicta non prosunt, satius est petita eis concedere,vel eorum partem,dummodo iniusta non sint, quàm dominium periculo subijcere,eis videndo donare,quod negari nõ potest,vel impediri; sic tamen,vt res non personæ eis cõcedantur,cum iniquum sit Principis bonum ministrum potestati multitudinis furentis tradere; vt & prodest dissimulare scientiam tumultus cui remedium adhiberi non potest,quæ dicta intelligantur, vbi multitudo in Principem cõcitatur; Vbi verò proceres in causa sint tumultus, & contra Principem insurgunt, illa remedia sunt adhibenda,quę de populo dicta sunt,qui & facilius diiungi poterunt, cum facilius aliquem ex multis sibi conciliare liceat, quàm multos ex infinitis. Sed si ij inter se diffideant, & ob id dominium perturbent ob gentium sequelam,si de re priuata contendunt,cogendi sunt,vt arbitris eius iudicium committant,vni parti magis,quàm alteri non fauendo, sed si res componi non potest; opportunum erit ambarum partium capita in alienas regiones iustè ablegare; & maximè prodest si initio malis huiusmodi occurratur, cũ alioqui eis absque alterius partis interitu finis imponi non soleat. Et breuiter ea curanda, & adhibenda ex quibus dominium seruatur,vt scilicet magistratus aliena non occupent,sed iusto stipendio contenti sint, & modestè præcipiant,& vt omnes sua sorte contenti sint, iustitia executioni mandetur,mali puniãtur,& vt omnia iuxta merita æqualiter distribuantur, & nil contra leges fiat, & cuilibet malo etiam paruo citò medela adhibeatur, nec fides detractoribus adhibeatur, & magistratus nulli iniuriam inferãt; & qui bono status præsunt,inuigilent super custodes, suspitiones etiam proponendo, vt omnes muneri suo fidelius operam dent,

& vt discordię inter potentes exortæ sopiantur: & parcatur multitudini peccāti, & aliquos iustè puniendo, ac arces muniendo, & ab ijs qui defecerūt obsides accipiendo, vt ait Tac. lib. 11. Ann. nu. 87. Is vetet etiam ne milites, vel alij, maximè eius familiares, præsertim eo præsente arma prohibita deferant, cum enim Domitianus ensis delationē Partenio eius familiari concessisset, illa ipsum occidit, quod & Plautianus ergà Seuerum Imperatorem peregit, vt inquit Suet. in Domit. & Herod. lib. 3 qui & debet, discordes potentes domi includere, & ad pacem ineundam inducere, curans tamen ne inuitè id agant, vt perdurare possit, & armorum vsum eis, & delationem, ac alijs etiam vetans. C. vt arm. vsus inscio Princ. nisi aliquibus ex causa id gratis concedendum videatur, qui Princeps potest etiam mitigare pœnam alicui, ob nobilitatem, dignitatem. & merita præcessorum, vel ob propriam virtutem. Doct. in l. ad bestias. ff. de pœnis.

7 *Princeps debet dominiū ab externis hostibus tueri, & quō id fiat, & quot vijs.*

Secundò, prudens Princeps se, ac dominium, ab hostibus externis tueri, & illæsum seruare debet, cum parum prosit domesticos, & subditos rectè gubernare, & ab hostibus externis superari, quod fiet, si hostis, & pericula procul à domo arceantur, tum ita se muniendo, vt licet accedat, lædere non possit; procul verò detinetur pluribus vijs. Primò, si viæ, & ingressus muniantur, quod arcium medio conficitur vbi tormēta bellica, & munitiones, ac milites detinentur, qui regionem defendūt, & hostes procul arcent, quod Romani in arce Capitolina, & Græci in illa Corinthi, & alijs construendis seruarunt. Vt verò arces ritè locentur, in sitibus locorum necessarijs, vel saltem vtilibus collocari debent, ita vt necessariæ dicantur, quę si non adessent propria regio hostium potestati pateret, vtiles verò si ciuitatem populo plenā, & diuitem tueantur, & perfugium tutum sint populo; quæ ita construi debent, vt procul à regione propria sint, vt hostem re-

motum

motum detineant, qui dum occupatur circa eas expugnandas interim regio incursionibus libera est,& opportuna preparari possunt,vt est Insula Maltæ comparatione Siciliæ, & Corcira respectu Veneti Principatus, & eo magis proficuæ sunt si in hostiũ regione sint constitutæ;quæ & paucæ numero esse debent, ut gentibus, & munitionibus absq; dominij detrimento muniri possint,& ualidæ sint, uel situ, uel manuũ opera, situ si accessus ad eas asper sit, uel si aqua fluente,uel stante muniantur,ut Mantuæ contingit,Olandæ & Zelandæ,manu ualidæ sunt,quæ muris cum lateribus aptis constant,ac aggeribus,& foueis amplis,& profundis, quibus & platea spatiosa sit, ut aptus ibi sit usus offensionum,& defensionum, & ob id hostes defatigari facilè possint,& ulterius militibus,& duce forti uictualibus, bellicis tormentis, armis, & alijs munitionibus abundent,& die,ac nocte fidis,& assiduis excubijs custodiantur, cum sine his auxiliis, quacunq; fortitudine constent, facilè ab hostibus capiantur,ut cōtra arces debiles,si his præsidijs ualidè muniantur,hostium impetibus facilè resistant ; ulterius præterea requiritur,ut arcibus auxiliũ præstari possit,loci qualitate sic adaptata,aliter expugnatione, uel obsidione in hostium manus demum deuenient,unde optimæ illæ arces æstimantur, quæ mari contiguæ sint.

Secundo loco,coloniæ aptissime sunt ad dominium tuendum,& hostem procul arcendum,ut Romani fecere, qui initio Principatus ciues Romanos in finibus Imperij locarunt,quibus loca ab hostibus sublata applicabant,& ipsi hostes procul à dominio arcebant; sic tamen, ut non procul à proprio dominio constituantur,ut eis succurri possit, nec sint hostium præda, quæ tamen coloniæ nunc temporis parum in usu sunt, sed tantum arces.

Tertio loco,præsidia militum, quæ in finibus Imperij adsint opportuna sunt loco coloniarum, ad Imperium

rium tuendum, prout Romani fecere, qui maximos exercitus in ripis Danubij, Rheni, & Eufratis alebāt, ita ut usque ad ducentum uiginti millia pedites, præter equites ascenderent, & duas classes, unam Rauennæ, alteram Mitenij, sed quia si simul habitant facilè tumultuant contra Principem, uel intra se, ideò operę pretium est eos dispergere, uel contra hostes eos dirigere, ut Turcarum Princeps, qui in Europa sexaginta millia equites detinet, & totidem in Asia, inter se diuisos, obseruat, quibus certas regiones assignat, quarum abundantia, & delitiis allecti, ne illis priuentur, pacificè uiuunt, ut & prodest si noctu hostium aggressus fiat, sic enim id magis eos conturbat, ut dicit Liu. Dec. 1. lib. 5. nu. 24. ut & ubi hostes obsidentur in bello iusto, & eis subsidium ferri dignoscitur, maiori ui sunt premendi, ut dicit Tacit. lib. 15. Annal. num. 45. ut & plurimum prodest ad res augendas si loca pręcipua, & quę inexpugnabilia habita sunt, capiantur, ut dicit Tacit. lib. 12. num. 77.

Quarta uia, si Princeps permittat fines Imperii, quod amplum sit, ab habitatoribus deseri, & agricolturam destitui, sic enim hostes abstinent ab eius ingressu, maximè si ibi siluæ oriantur, quę loco antemuralis ad hostium propulsationem existunt.

Quinta via est, vt hostis præueniatur, vbi bellum sit iustum, in eius regione bellum gerendo, sic enim ab alienis inuadendis, vt sua tueatur, abstinet, vt Romani semper fecere, cum potius sit alios aggredi, quàm aggressionem hostium expectare, cum aggressio non temeraria hostes cōfundat, auferat eis fruges. & eos, qui hostium regimen iniquo animo ferūt, facilè ad se trahit, sic tamen, vt vires aggredientis superiores sint, vel saltem pares viribus aggressi, numero, virtute, vel opportunitate, quòd si vires ita validæ non sint, prudens Princeps, ingressus, loca præcipua muniat, vt hostis circa ea occupetur, & is interim vires colligere, & tam

proprias,quàm externas gentes cõgregare valeat,vel, vbi bellum est iustum,contra hostes potentem concitet aduersarium, qui illos à negotio cœpto diuertat, modo eiusdẽ præda non fiat,vt euenit Ludouico Mauro,qui vt Aragonensibus resisteret,in potestate Gallorum, quorum auxilium postularat, deuenit,quod vitabitur si arces in eius potestate nõ cõcedat, nec propriorum militum Ducatum, & præmittat exploratores qui referant quid hostes agãt diuersis in partibus, vt dicit Procop.de bell.Goth.lib.5.nu.36.& nitendũ, vt in primis ea loca capiantur, vnde victus copia accipi possit, vt dicit Procop.lib.1.belli Goth.nu.29. fortiores milites à tergo ponendo,vbi timor subsit aggressus hostium ex ea parte. Tucid.lib.4.nu.60. cauendo quoq; ne exercitus diuisus flumina traijciat, sic enim iacturæ periculum subitur, vt dicit Cæsar. lib.1.bell. gall.nu.29.vt & castra metienda in fortiori parte.Xenoph.lib.1. Pædiæ Ciri.nu.56. quæ & prudenter sunt dissoluenda,sic vt nulla fuga appareat. Tacitus lib.6. Annal.num.163.

Sexta via,vbi bellum est iustum,si Princeps se tueatur occasione seditionum,quæ sint in exercitu hostiũ, & vtatur opera Ducum,& procerum,qui apud Principem hostem authoritate præstant, vt dissuadeãt ei expeditionem contra eum cui bellum infertur, vel aliò eum iustè diuertant,vel lentè iussa exequantur,vel saltem consilia eorum patefaciãt,& eo magis vbi factiones validæ sint,sic enim Angliæ Regina bellum ciuile in Flandria fouendo eos pecunijs, & alijs rationibus, quibus subditos Regi catholico concitat contra eũ, bellum à proprio Regno depulit.

Septima via,vt cum Principibus vicinis hosti amicitiæ,& collegationes defensiuæ ineantur, sic enim timor,ne simul vniantur,in causa est ne contra eorũ aliquem arma sumat, qua ratione Heluetij ita res suas tutati sunt, vt nemo eos aggredi vnquã ausus sit, vt &

elo-

eloquentia prodeſt, qua Princeps cui bellum infertur, hoſti ſuadet ab eo eſſe deſiſtendum, nec rationem adeſſe cur inferatur, qua ratione Galeatius Vicecomes Philippum Valeſium contra ſe commotum à cœptis diuertit, & ſanctus Leo Attilam vrbem inuadere tentantem.

Poſtquam verò hoſtis iam dominiũ ingreſſus eſt, octaua via eſt, vt illi armis reſiſtatur, ingreſſuũ munitione, & arcium ſubſidio, ac forti exercitu, arte, vel vi, eos ſeparando, vel debiliores reddendo, foueas ducendo, catenis vias implicando, & alijs rationibus ſupra relatis, vt ſic eius reditus ad ſuos impediatur, vt ait Tacit. lib. 12. nu. 111. & vbi cũ eo prælium initur, curandum eſt, vt ex ea parte id fiat, vnde ad propria in euentu iacturæ, recurſus haberi poſſit; vt tutũ non eſt hoſtes recedentes in eorum caſtra proſequi, & cautio adhibẽda dum hoſtes fugiẽtes quis proſequitur, ne in inſidias incidat, vt ait Xenoph. lib. 1. Pædiæ Ciri. n. 16. & vbi hoſtis eſt victus, in bello iuſto eſt proſequẽdus, ne vires reficiat, vt dicit Cæſ. belli ciu. lib. 3. nu. 148. vt & obſeſſis mora remota auxilia præſtanda ſunt, vt dicit Liu. Dec. 1. lib. 4. nu. 37. ſic tamen, vt exercitus periculo non exponatur. Tac. lib. 14. Ann. nu. 111.

Nona via eſt, vt hoſtibus omnis opportunitas annonæ, & victualium præcidatur, vel vias vaſtando, vel fruges, vel eas ducendo in loca munita, & amicitias ineũdo cũ Principibus, vnde deferri poſſunt, vt & ſalubre non eſt, vt in agris magnifica ædificia conſtruantur, cũ hoſtes ibi caſtra metiantur, & ſe communiãt, & ciues verentes ne eorum domicilia, & viridaria deſtruãtur, debili manu arma ſumunt, & facilè cum hoſtibus etiã indignè cõueniunt, qua ratione opportunum eſſet his ædificijs metam ſtatuere, ne nimia impenſa conſtruerentur.

Decima via eſt via diuerſionis, qua bellum in hoſtis domum defertur, vt propriam deſerat, vnde Ferdinan-

dinandus, vt à Mauris Hispanias liberas redderet, Aphricam forti manu aggressus est, idq; in bello iusto, proprijs, vel alienis viribus, & opibus fieri vtile est.

Vndecima via, vbi potentiæ aduersarij nulla ratione resisti potest, est vt cum eo conueniatur, & bellum pecunia data quacũq; ratione, ac vexatio redimatur, prout Ligures, & Florentini sæpè fecere; quæ si non prosunt, prouidum est alienæ se commendare protectioni, & etiam alterius se subijcere dominio honestis conditionibus, qui validè eum tueri possint, potius quàm proprium dominium, & libertatem omnino amittere, sic enim Capuenses Romanis se dedere, vt à Samnitum sæuitia liberarentur, Nihil verò vtilius est, dum alij bella gerunt, quàm se munire, & sibi consulere, ne ijs conuenientibus tempestas in vicinum reflectatur, prout sæpè euenit.

SVMMARIVM.

1 Thesauri Principi sunt necessarij ad Principatum tuendum, & vt iustè colligi possint.
2 Hominum multitudo Principi vtilis est, & vt augeatur.
3 Principi arma sunt necessaria, & vt paranda.
4 Victualia Principi necessaria, & vt comparentur.
5 Adiumenta alia quæ Principi vtilia.

De necessarijs ad Principatum conseruandum, & augendum. Cap. III.

VT Princeps dominium intus, & externè tueri valeat, ac etiam si iustitia patitur, augere, multa eidem adiumenta, præter supra enumerata, sunt necessaria, gens scilicet multa, & fortis, pecuniæ, victualia, munitiones, equi, naues, arma offensiua, & defensiua,

ua, in quibus vis Principis constat.

1 Thesauri ergo in primis, & pecuniæ numeratæ Principi, vt & supra est dictum, sunt necessariæ, vt tempore belli possit milites conducere, & præsidia munire, ac dominium tueri, cũ pecuniæ sint nerui Principatus. l. 1. § in causa. ff. de quæstionib. quod probat & Cic. orat. pro lege Manil. Quinct. declam. 34. Plut. in Cleomene. Eustrathius. 2. Iliad. Leo Cæsar. nou. 52. Iustin. nou. 149. Demosth. Olynthiaca 2. sic tamen, vt in eo finem non ponat, vt thesaura colligat ad ea recondenda, sic enim tributis subditos vexaret, & liberalitatis virtutem omitteret, sed medium in eo seruare debet, vt congreget illa ad dominij defensionem, & sine subditorum offensione, quod fiet si ex redditibus dominij quicquid colligi potest colligat.

Thesauri Principi sunt necessarij ad Principatum tuendum, et vt iustè colligi possint.

Secundò, si ab expensis superfluis abstineat; redditus verò ex fructibus, vel humana industria proueniunt, primo modo id dupliciter fit, vel enim fundi sunt Principis patrimoniales, vnde Romulus agros vniuersos in tres partes distribuit, quarum prima, cultui diuino, altera Reipublicæ dominio, tertia diuisa fuit inter ciues, vt dicit Dion. Halic. li. 2. & apud Lacedæmones Principibus erant assignata prædia pro patrimonio, & si militarent, exercitus nutriebantur à ciuitate, vt ait Xenoph. lib. de Republ. Laced. & Ezech. 4. quarta pars Principi terræ tribuebatur, & sic erat ferè apud Aegiptios, vt inquit Diod. Sic. lib. 1. c. 6. sic hodie bona habet publica, & etiam proprium patrimonium. l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript. quorum culturæ vt bonus pater familias, iuxta eorum qualitates operã dari curare debet, vt ex eis colligatur quicquid ferre valent, vel tritica sint, aliave grana, fœna, vina, ligna, lina, animaliave in eis alãtur, vt ex aquis, pisces, ex siluis, feras, & aues, & ex locis subterraneis, aurum, argentum, vel alia metalla, iuxta eorũ naturã colligere possit, curando, vt & subditi agrorum culturæ incumbant,

bant, in quorũ fructibus impositiones modestas, quibus dominium tueatur, iuxta bonorum non personarum quantitatem, imponere poterit, curando, vt paludes exsiccentur, siluæ inutiles ad culturam redigãtur, & opem ferendo ijs qui huiusmodi rei operam dant, & aquas ducendo, quibus merces, & fruges ad ciuitates ducantur, & ex regionibus externis comportẽtur, & agri irrigentur, vt & curare debet, vt ex alienis regionibus comportẽtur arbores, & alia semina, ex quibus multum lucri percipiatur, experiẽdo an propriæ regioni, diligentia adhibita, aptari possint, vt apes, bombices, aromata, vina, & similia, vt ex agris quantum fieri possit, colligatur.

Alio modo redditus ex humana industria colligun tur, mercatura, artiumve exercitio, ex quibus tributa Princeps colligere poterit, vectigalia desuper imponendo, modo iusta, & honesta sint, & sic vt exteri aliquid plus quàm subditi persoluãt, modo excessus multus non sit; ex his artibus aliæ humanæ vitæ sunt necessariæ, aliæ humanæ societati proficuæ, aliæ inseruiunt pompæ, & ornatui, aliæ delitijs, vel in lanis se exerceant, vel in sericis, vel in ferri materia, vnde arma, & instrumenta agriculturæ necessaria, ædificijs, nauibus, & huiusmodi construuntur, vel in statuis, aut picturis, ædificijs, nauibus cõstruendis, vel alijs rebus conficiendis consistant. Vnde prudens Princeps, qui vult eius dominium ditescere, eò introducere debet omnis generis artificia, quod fiet si ex alienis regionibus artifices conducet, & eorum opera vtetur, eorum curam tenendo, & in artibus præstantes, præmijs, immunitatibus, & lucris augendo, qui & prohibere debet ne ex eius regione res non fabrefactæ, vt lanæ, serica, ligna, metalla, & alia id genus educãtur, ne simul cum eis artifices abscedant, nisi regio aliquibus ex his valdè abundet, nec adsint artifices, qui omnes hasce materias ad artem redigere possint, tunc enim solutis

vecti-

vectigalibus, cõcedi poterit, vt aliqua ex his extrahãtur, nec inconuenit, vt aliquo casu Princeps ipse negotiationibus operam det: Primò, cum priuatorum facultates aptę non sunt ad eam negotiationem exercendam, vel ob impensæ immensitatem, vel hostium insultus, vnde Salomon quoq; triennio quoquo in Indiam naues mittebat, quæ inde aurum, argentum, ebur, simias, & pauones educebant. Secundò, cum negotiatio tam magni momenti sit, vt priuatus id agẽdo diuitias immodicas, & bono publico noxias, illicitè tamen cõgreget. Tertiò, cum id ob publicum bonũ peragitur, vt si tempore inopiæ aliena grana, & annona cætera ab exteris ematur, & subditis vendatur.

Præter hos redditus, alia quoq; bona in Principem deuenire possunt ex donatione legatis, caducitate, bonorum fisco addictione, censibus, vectigalibus, & tributis, quæ ab exteris ei persoluantur, ex quorum collectatione ærarium Principis constituitur, vbi pecuniæ in vtilitatem Reipublicæ cõseruentur. l. etiam aureos. ff. de verb. sign. quod est necessarium ob varias, quæ contingunt, necessitates.

Apud Romanos ærarium ex tributis, & vectigalibus conflabatur, & vectigalia percipiebantur ex mercibus importatis, & exportatis, agris, & pascuis, vt ait Cic. pro lege Manil. quod ærarium Romani in æde Saturni seruabant, Valerio Publicola authore, vt inquit Festus, & Macrob. lib. Saturnalium. c. 8. & Iusti. lib. 43.

Triplex verò aliquando apud Romanos ærarium fuit, primum, quo ciuium tributa, sociorũ vectigalia, & prædæ Imperatorum seruabãtur, quo sumptus belli ordinarij sustinebantur. Alterum sanctius, in quo aurum vicesimariũ condebatur, quod ex vicesimis rerũ exigebatur, & ad vltimos casus populi Romani seruabatur, & in æde Saturni cõditum erat, vt dicit Cæsar. lib. 1. de bello ciuil. Tertium in quo seruabatur pecunia belli Gallici causa, quod à populo collectum non

amo-

amouebatur, nisi bellum Gallicum instaret, vt refert Appia. Alex. lib. 2. de bellis ciuil. Post hæc Augustus ærarium militare cum nouis vectigalibus addidit, vt prompta pecunia stipendijs militum sufficeret, vt dicit Strabo lib. vlt Dio. Cass. in Augusto. qui & thesauros pretiosiores in lateres conflabant, ne furtis paterent, vt ait Plin. lib. 33. c. 3. Persæ aurum ex Asia, & Aphricæ parte collectum, & argentum liquefactum in phialas fictiles fundebant, quas, vbi vsus contingebat, frangebant, & ex eis concidebant quantum opus esset, vt dicit Herod. in 3. Græci cõmune ærarium in Delo habebant, Macedones in oppido Quinda iuxta Tharsum, Siracusani in Labdalo castro munito, Assirij Susis, Cambyses in oppido Gaza Palestinæ; Deiotarus in Pelo Phrigię, Lysimachus, Pergami, Babylonij in Zeugma vrbe. Hebręi in Thrace, & Tauro Hiericuntis. erant & thesauri in templo necessarij ad vsus cultus diuini, & thesauri Regum Israel ad bella necessaria. 3. Reg. 7. 14. 4. Reg. 12. 14. & 24. 1. Paral. c. 9. & 26. cum seq. Persæ thesauros in ædibus in monte factis recondebant, vt dicit Strabo. lib. 15.

Hi verò thesauri ex tributis, vel vectigalibus exigi consueuere. Tributum colligebatur ex censu, vel capitibus, vel extra ordinem imperabatur; est enim tributum, vt Varro ait, pecunia populo imperata, quę tributim à singulis pro ratione census exigebatur, vectigal ex mercibus, portubus, vel contractibus, & perueniebatur ad tributum ęrario bellis exinanito, vbi diuites pro census ratione soluebant, pauperes operas contribuebant, & sępè aliud tributum extraordinariũ imponebatur non sufficientibus ordinariis Reipublicę prouentibus, quod & alibi fit ob necessitates superuenientes, vbi vectigalia noua, & tributa, & census imponuntur, in quo pietas exigitur, vt non exigantur ex his quæ ad victum facilem pertinent, sed ex alijs quæ minus pauperibus nocere possunt, & melius est, ut té-

pore pacis, Princeps paulatim, & moderatè pecunias colligat, & in ærario reponat, quàm tempus belli expectet; & quandoq; prouentus Principis sumpti sunt ex prouentu lapicidinarum communium. l.venditor. §.si venditor.ff.com.pręd. vel pro solo publico, si certo ęre concessum esset, ut priuatus ibi ędificaret. l.1. §.si quis.ff ne quid in loco publ. Quandoque à possessoribus agrorum publicorum decimę fructuum exigebantur, Romani enim agros, quos hostibus adimebāt, si culti erant, ciuibus diuidebant, si inculti Italicis hominibus, vel plebi Romanæ locabant, ea conditione, vt qui arassent decimam frumenti, quintam aliarum frugum partem Reipublicę soluerent, vt dicit Appia. Alexan lib.1.de bellis ciu. & qui pecora maiora, vel minora alerent, certum stipendium soluerent; sic subditi Pharaonis ob datos sibi agros quintā partem soluebant. Gen.47. vel agri dabantur colendi certa pensione, vel cum pacto steriles ad culturam reducendi, interim certo tempore gratis eos possidendo, postea cum certa pensione. l.1.3.6.& 7. C de omni agro.

Tributa etiam indicebantur deuictis nationibus, c.omnis.de censib.3.Reg.10.2.Paral.c.9.& 27. Vnde Poloni olim Imperio soluebant, boues centum viginti, auri pondo quinquaginta, ut dicit Bonfin.lib.2.decad.2.& idem Boemi, vt inquit Aeneas Siluius, in Boemia, & alijs tributum etiam quandoque indictum per iugera agrorum possessorum.

Census, est institutus à Seruio Tullio, quo non viritim, sed pro modo facultatum, soluebatur, vt dicit Dionis.Halic.in 4.& Liu.in 1. quod & Athenienses seruarunt, ut dicit Demosth.in orat.de muneribus, & statutum erat, ut agri in censum deferrentur, cum eorū nomine, uicinorum, numero iugerū, &c.l.4. ff.de censib. pœna publicationis bonorū inflicta sæpè his qui nollent bona sua æstimari, uel mala fide minoris, quàm ualerent, æstimari pateretur, ut dicit Liuius, aliquæ

tamen

tamen personę, & res erant exceptę pro quibus tributum non soluebatur. l. 1. & 3. §. fi. l. 6. 7. & 8. ff. de cēsib.

Capitationes etiam vel tributa ratione capitū, quādoque soluta sunt, & exigebantur à singulis personis per capita, donec exempti sunt ciues Romani, & ciues Oriētalium prouinciarum. l. vnica. C. de capit. ciuib. exim. lib. 11. quandoq; in binis, vel ternis viris, & quaternis mulieribus vna capitatio continebatur, & ab hoc etiam eximebatur plebs rusticana. l. 1. ne rusticani ad vllum obsequium deuo. lib. 11. in Siria à duodecimo anno fœminæ, masculi à quatuordecim ad sexagintaquinque capitationes soluebant, ante & post immunes erant. l. ætatem. ff. de censib. & id orphanis, & viduis quandoq; est remissum. Plut. in Valerio Publicola. Quandoque in Græcia tributum est exactum à mendicis, meretricibus, seruis, libertis, etiam pro iumentis, fimo; homine nummum argenteum soluente, & idem pro equo, mulo, & boue, pro asino, & cane, obolos sex, quod tributum Anastasius decorus Imperator ob magnos eiulatus sustulit. Cedrenus, & Euagrius lib. 3. cap. 39.

Census tamen ratio, vt pro modo patrimonij tributa soluantur, iustior est, & seruata à tempore Seruij Tullij, vt quisque deferret nomen suum, vxoris, liberorum, seruorum, cum ætate omniū, & regione quàm habitabat, & æstimatione fortunarum suarum. Dionis. lib. 4. & hic cēsus etiam apud Hebræos erat in vsu, & deferebantur in eum omnes. Num. 1. 3. & 26. Exodi 13. 30. 1. Paral. 9. 2. Paral. 24. 4. Reg. 12. & Dauid punitus fuit nō ob descriptionem factam, sed fortè quia non secundùm legem Dei facta fuerat. lib. 1. c. 21. Paral. vt dicit Tolos. de Republ. lib. 3. c. 5. Tributa inde erant pecunia populo imperata, qua quisque soluebat pro ratione census, vectigal verò soluebatur ex venditione, vel portu, vel circumuectione rerum.

Alij alijs modis præter vectigalium, & censuum,

viam,pecunias exegere,vnde Gnæus Manlius Consul vicesimam exigebat ab iis qui manumitterentur,vt dicit Liu lib.8.Seuerus instituit vectigal artificum. Herodia.lib.3. Caligula in edulijs,litibus, iudicijs,lenocinijs, meretricibus, & etiam matrimonijs quadragesimam partem iniquæ æstimationis exigebat. Suet.in eo.c.40.qui modi illiciti sunt. Quandoque pro nobilitate obtinenda pecuniæ exactæ,quod tolerabile est,vt apud Venetos quandoq; in necessitatibus Reipublicæ est actum.Sabell.lib.6.& 7.dec.2.Pisistratus Tirannus Atheniẽsium omnium rerum decimas exigebat, vt ait Plut. in eius vita. & alij alijs modis indebitis,vt plurimum,æraria ampliarunt,de quibus latè agit, eos referendo Tolos.lib.3.de Repub.c.6. quos omitto,ne malè agentium exempla adducam,vt & à clericis non licet sine licentia summi Pontificis aliquid exigere.c. non minus.de immun.eccl.c.aduersus eo.tit.cap.1.de immu.eccl.in 6. c.quanquam.eod.in 6. & per tot.eod. clem.fi.de censib.à quo etiam Druidæ in Gallia erant exempti,& Sacerdotes Aegyptiorum,vt ait Iulius Cæsar.lib.6.commen.de bel.Gal.Diod.Sic.lib.1. Bibliot. cap.6. quod & apud Assirios seruatur,vt sacri viri tributa non soluerent.1.Esdræ cap.7. & pluribus probat Tolos.d.lib.3.c.7.de qua re latè dixi tract.de Clericis.

Quæ vt sufficiant Principi alendo,& dominio tuendo, ac iustitiæ administrandæ, abstinere debet Princeps iustus, & prudens à superfluis impensis, quæ nil prosint publico bono, nec dñij tutamini, aut Principi non afferunt debitam existimationẽ,vt & à donis immodicis, vel in non meritos erogatis est abstinendũ,& quod sumptib⁹ necessarijs actis superest in thesauros recondendum,vel potius mutuo dandũ egenis,& mercatoribus,cautione recepta, sic enim pecuniæ in mercimonijs applicatæ lucrum afferunt,& bono publico, ac Principi proficiũt, vt Constantinus Imperator seruabat; vt & à bonis ecclesiarum omnino est abstinendum,

dum,& exactiones,& tributa non imponenda, nisi ad Principatum seruandũ,& publicis necessitatibus sustinendis,nõ vltra,vt iustè id fiat,arbitrio prudẽtis boni.

2 Secundum instrumentum,quod Principi proficuũ est ad dominium tutandum, & etiam augendum, est gentis multitudo, & fortitudo, cum pauci semel victi, omnia vno ictu amittant cũ Principatu,vt olim Spartanis,& Thebanis euenit, & contra Romani gentium multitudine, & virtute orbis magnam partem sibi subegere, nec vno exercitu amisso animo despondebãt, sed vires magis augebant,vnde & in Punicis bellis potiti sunt victoria, tametsi plures ex ijs in prælijs quàm hostium interierint;& idem hodie Turcæ agunt, præterquam vbi gentis est copia, tributa quoque augentur, & ita Princeps ditatur, tum quia terra optimè colitur, tum mercaturæ, & artes magis exercentur, vt in Italia, & Gallia ob habitatorum frequentiam contingit; Augetur verò gens si incolæ nolentes continere, meant coniugia, vnde Licurgus legem tulit, vt qui vxore careret, à publicis spectaculis arceretur, & Philippus secundus Rex Macedonum, cùm contra Romanos bellum indiceret, iussit omnes vxores ducere, vt filios procrearent. Secunda via est, si filij rectè educentur, & nutriantur, cum alioqui parum conducat filios procreari, nisi aptè nutriantur, cum facilè alioqui intereant, vnde in regionibus Christianorum maior est gentis multitudo, licet multi Deo voueant castitatem, quàm apud Turcas, vbi quisque plures suscipit vxores, cum ob id difficilè sit tot filios educare, & ob eorum multitudinem, fame, peste, vel immunditia intereant, vt contra apud Christianos ob vnitatem vxorum diligentius educantur, nec desunt xenodochia, vbi pauperum filij, vel ignoto parente nati alantur. Tertia via gentes augendi, est si coloniæ constituantur, quo incolæ quibus regionis victus,& redditus nõ sufficiũt, transferantur in regione

Hominum multitudo Principi vtilis est, & vt augeatur.

ampla, & gentibus destituta quam incolant, illis applicata, in qua coniugio iuncti multiplicent, quæ tamen non nimis longè à dominio sunt cōstituendæ, vt opem illi ferre valeant, & quosque immunitatibus, & agris tributis, ac honoribus inuitando, ad regiones, maximè vbi noua ciuitas constituitur, habitandas. Tertiò, gens augetur, si populi iustè victi proprio dominio aggregentur, vel cum ijs amicitiæ, & vincula ineantur. Quartò, si milites externi, maximè virtute præstantes ad propriam militiam stipendijs amplis illis tributis, redigantur.

Sed quia gentis sola multitudo satis nō est ad tuendum Imperium, nisi armorum exercitio vtiles tātum seligantur, inutilibus alijs exercitijs applicatis, ideò prudens Princeps iudicio præstare debet in militibus eligendis, & exercendis, modo quo dicā tract. de Militibus, vtendo opera subditorum naturalium potius, q̃ externorum, nisi aliud ratio suadeat, cum boni Principis sit vti opera ciuium, & ab eis defendi, vt pater à filijs, tum quòd ipsis non solum pro Principis, sed pro rerum suarū incolumitate res sit, maximè si nobiles, vel diuites sint, cum exteri facilè venales sint; ex quibus subditis ij eligantur, qui corpore, & animo validi sint, apti frigus, & calorem, famem, sitim, & vigiliam sustinere, cursu, & saltu veloces, audaces ad muros ascendendos, flumina trananda, singularia certamina hostium subire, si bono publico expediat, tormentorum ictus, & ignis furorem non formidare, nec ea pericula, vbi de morte certatur, vnde Deut. 20. dicitur, quis est homo formidolosus, & corde pauido? Vadat, & reuertatur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est; qui ætate etiam robusta sint à vigesimo ad sexagesimum annum, & alijs præditi sint, de quibus loco cit. dicam, qui etiā multis victorijs potiti sint, vnde terrori sunt, reiectis nouis militibus, & negligentibus, vt dicit Li-

uius

uius Dec.1.lib.5.nu.10. & Dec.3.lib.8.nu.1. vt & periculosum est milites exteros, vt supra, mercenarios adhibere, vt ait Polib.lib.1.nu.3. quibus & stipendia promissa, mora omissa persolui debent, ne tumultus concitent. Liu.Dec.3.lib.8.num.8.

Hi verò sic electi in arte militari sollicitè sunt instruendi, & sic in acies distingui vt dissipari non valeant, vt apud Romanos Legio erat, quæ Principibus, hastatis, & triarijs constabat, vbi si hastati depellebantur, ad Principes accedebant, & hi ad triarios, ita vt qui hos superare vellet, tria prælia obtinere illi opus esset; ita vt acies illa potior existimetur, quæ agilior sit, & potiori ordine constet, q; præualet virtuti militum. Vtile quoque est milites à laribus proprijs remouere, sic enim cum se videant inter hostes constitutos, & coactos, vt dimicent, animos arripiunt, & constanter præliantur, vt contra perniciosum est ciuitates à propriis ciuibus defendi, cum timor, quem ex filiorũ, vel vxorum amore concipiunt, animo eos despondere sæpenumero faciat. Curandũ prætérea, vt milites iuxta militarem disciplinam se habeãt, modo quo dicam tract.cit. & præsertim, vt nemo seruum equumve habeat, qui mobiles res conducat, cum huiusmodi iumenta exercitui noxia sint, vt & nimiæ delitiæ, ita vt in exercitu nil præter victualia vendatur, vt & prohibendi sunt à præda, & direptione in amicorum regione, & ne otio, & ludis vacent, sed saltu certent, cursu, armorumve exercitio; præmia quoque valdè proficua sunt ad animos militum augẽdos, & honor, ita vt fortiter defunctis statuæ erigantur, & orationes funebres in eorum commendatione recitentur, vt Alexander, Romani, & Græci faciebant, vt & viuentibus statuas erigi vtile est, vt eorũ memoria posteritati literis commendetur, quibus accedere debẽt dona pecuniarum, torquium aurearum, victualium, stipendiorum augmenta, & ad gradum superiorem promotio. Nec minus

nus quoque pœna ad milites ab illicitis deterrendos, est adhibenda ad disciplinæ militaris conseruationẽ, iuxta ea quę de hac re loco cit. dicã, sic tamen, vt ad eã nisi necessitate cogẽte deueniatur, modo ibi exposito. Aemulatio quoq; proficua est ad animum militibus augendum, cum æmulatio virtutis fomentum sit, ob quod eam Licurgus in Rempublicam introduxit, & Romani in exercitibus eandem introduxere, variarũ gentium opera vtẽtes, vnde altera alteram virtute excedere cupiens, mira opera gerebat. Proficuum præterea est si milites laboribus assuefiant, & ex improuiso grauia eis mandentur, vt ita ad obedientiam, & celerem rerum executionem sint prompti, vt & quandoque prodest milites in angustias dimicandi redigere, vt Annibal fecit, penos in mediam Italiam ducendo, sic enim viriliter decertãt, nullum sibi, nisi in virtute, perfugium adesse cernentes; vt & prodest milites iuramento ad strenuè officium gerendum adigere, & quandoque stratagematibus in bello iusto vti: Sic ergo milites selecti, & in disciplina militari instructi, pedestri, & equestri, ac etiam maritimę militiæ sunt applicandi, inter quas tamen terrestris pugna præstat maritimæ, & absolutè loquendo vtiliores pedites, q̃ equites sunt, qui tamen adhibendi sunt ob vtilitates quas afferunt, & classes maritimæ ad dominium tutandum, & ampliandum.

Dux verò strenuus in primis requiritur, qui gentibus ducatum præstet, qui prudentia, audacia, exemplo, experientia, alacritate, solertia, fortitudine præstet, & alia obseruet, de quibus latè d. tract. cit. peregi.

3 Tertium instrumẽtum, quod Principi necessarium est ad dominium tutandum, & etiam augendum, est armorum copia, & præstantia, tam ad offensionem, quàm defensionem, sine quibus cætera nil prosunt, in primis verò necessaria sunt arma militem tuentia, ne ijs carens in conflictibus se tueri non valens in fuga

Principi arma sunt necessaria, & vt paranda.

spem

ſpem locet, quæ ſint bonæ temperaturæ, vt tormentis reſiſtant,& leues,quo milites ad res agendas ſint expediti, ác perſonæ bene aptatæ ; quæ verò offendunt eo meliores ſunt,quo prꝧſtantioris ſunt temperaturæ,leuiores,& quæ à longe magis lædunt, vnde haſtę,& enſes longe alijs probantur, vt Liuius,Homerus, & alij conſentiunt, ſic tamen, vt arma, auro, & argento ornata ducibus tantum,& veteranis concedantur, Inter arma verò etiam equi connumerantur,qui copioſi eſſe debent,fortes, & agiles ; vt & nauium , ac aliornm inſtrumentorum militarium copia adeſſe debet.

Quartum inſtrumentum ad bella gerenda neceſſarium, & dominium tuendum, eſt vt victualium copia adſit,qua militibus,& equis victus ſufficiens ſuppeditari poſſit, ſine quo omnes expeditiones fruſtaneę eſſent, quę vt adſint, curandum, vt regio rectè colatur, & copia annonę aliundè, vbi abundát, afferatur, modis ſupra expoſitis. *4 Victualia Principi ſunt neceſſaria,et vt cōparētur.*

Alia prꝧterea adiumenta requiruntur ad dominiũ tuendum, & augendum, in primis, vt cauſa iuſta foueatur, & ad diuinum auxilium confugiatur,qui Victorias concedit,& Regna dónat,& aufert,vt Conſtātinus Magnus, & Theodoſij Imperatores ſeruabant. Secundò,ad dominium conducit augendum, ſi noua dominia à propriis dominis iuſto pretio, & legitimè emantur,vel ſi coniugia cũ Principibus externis contrahantur,vnde ſucceſſiones deuenire valent; aut ſi cũ ijs amicitiæ , & vincula in cauſa eorum iuſta ineantur, quos iuuando ad ſua iuſtè recuperanda , aliquid ab ipſis in prꝧmium laboris,& periculi ſuſcepti expectare legitimè licet, quo pacto Romani Imperium mirum in modum auxere; magis verò id licebit ſi Chriſtiani Principes aduerſus Turcarum Tirannum vniantur,ad res ſuas recuperandas,& Dei nomen ampliandum, & Hieroſolymæ regionem ab eius manu eripiendam. *5 Adiumenta alia q̃ Principi vtilia.*

SV M-

SVMMARIVM.

1 *Bella quibus consideratis à Principe suscipienda, vel non.*
2 *Ad Bellum gerendum, quæ præparanda.*
3 *Milites quales eligendi, & vt exercendi, & sufficiēdi.*
4 *Bellum qualiter sit indicendum.*
5 *Princeps an adesse bello debeat, & vt se gerere debeat circa victoriam, cladem, vel pacem.*

De ratione bella gerendi. Cap. IIII.

1 *Bella quibus consideratis à Principe suscipienda, vel nō.*



NTER præcipuas curas, quæ Principem angunt, summa illa est in qua de bello agendo peragitur, cum ibi de summa rerum agatur, ideò de hac re aliqua sunt dicenda, licet meæ intentionis nō sit præcepta militaria tradere, munus hoc præclaris ducibus relinquens, attamen ne rem tanti momenti tacitus pertranseam, aliqua tantum præcipua tangam, quæ par est, vt Princeps obseruet.

Qui primò obseruet, ne passione motus, bellum aliquod iniustum suscipiat, modo quo dixi lib. 1. cap. 5. sic enim & Romani nullum bellum, nisi iustum gerebant, vt ait Halicar. lib. 2. antiquit. Rom. & diu in senatu prius de eius iustitia tractabatur, vt inquit Cic. lib. 1. offic. quod in bello Samnitum, & Campanorum, & tertio Punico seruarunt, vt loco cit. ait Halicarn. & Flor. lib 49. apud quos erat officium fęcialium, quorum summa apud Romanos authoritas fuit, quorum munus erat operam dare, ne bellum iniustum moueretur, & illis vetantibus, vel non probātibus, Consuli, Senatui, vel populo in hostes ire non licebat, vt ibi dicit Halic. qui & curabant, vt seruarentur conditiones

fœderis, cum in ciuitate bene constituta iura belli sint custodienda, vt ait Cic. 1. offic. in quo suscipiendo, gerendo, & deponendo plurimum valet ius, & fides, vt idem dicit lib. 2. de Legib. vnde Romani pacem faciebant, vel dissoluebant ex iure fœciali, quod erat. Belli, pacis, fœderum, induciarum, oratorum, fœciales iudices sunto; & sine Senatus, populi, & fœcialium authoritate nil sanciri poterat, nec sine solemni cœremonia, nec ante geri poterat bellum, quàm indiceretur, quod certa formula indicebatur, de qua Liu. lib. 1. Gellius lib. 16. cap. 4. Halic. d. lib. 2.

Secúdò, cauere debet à temeritate in bello, & prælio ineundo, cum magna res sit, & omne bellum facilè sumatur, & ægerrimè desinatur, cum in ipsius potestate finis eius situs non sit, vt ait Sallust. in Iug. & dulce sit bellum inexpertis, expertis secus, vt dicit Vegetius lib. 3. c. 14. de re milit. & Plato. lib. 12. de Legib. & Pindarus. Vnde & in bello quicquid præter opinioné euenire potest initio est considerandum, & propriæ intuédæ vires, vt dicit Liu. lib. 30. & Sallu. loco cit. nec vnquam fidendum, cum belli exitus incertus sit, & proinde certa pro incertis non mutanda, vt idem ait li. 9. Considerando, quòd túc agri deseritur cultura, & sanguis hominum effunditur, vt inquit Virg. 1 Georg. & ærarium exhauritur, vt dicit Tac. lib. 1. hist. quæ miserabilia sunt, & Princeps se objicit calumnijs, cũ damna omnia ei obijciantur, prospera sibi ascribantur, vt inquit Tucid. in 5 & Tac. in Agric. & alia multa mala eueniunt, ob quæ, & bella iusta sunt detestanda, vt inquit sanctus Aug. lib. 19. ciuit. c. 7. & Sen. ep. 89. & quæ illa accendunt moderanda, vt nobilitas, quæ nescit in pace viuere ob animi magnitudinem, vel tumoré persæpè, vt ait Tac. lib. 11. Ann. vel animi ferocitas, vt inquit Tucid. in 1. & quandoque peregrini, & exules id suadentes, vt dicit Tac. lib. 3. hist. qui refellendi sunt, cum vno ictu omnia concidant, vt idem ait lib. 1. hist.

Vnde ad bellum sine magna necessitate non est deueniendum, nisi vbi disceptando ius suum consequi non licet, sic enim ad vim confugere fas est, sed sine cupiditate, & impatiētia quiescendum, vt dicit Plin. in Paneg. cū ibi opus sit perire, vel quod apud bonos equè miserum est, occidere, vt ait Tac. lib. 1. hist. Vnde Scipio dicebat, Imperatorem, vt medicum, vltimo loco, ad malum curandum, ferrum adhibere debere, vt dicit Plut. in apophteg. vt ita bellum suscipiatur, vt sine iniuria in pace viuatur. cap. noli. 23. q. 1. dum enim in pace viuere licet, non debet bellum sumi ob innumera mala bello prodeuntia, vnde paci quæ nil sit habitura insidiarum, vel turpitudinis, semper est consulendum, cum bello vigente, nil charum, & iocundum existat, vt dicit Cic. 1. offic. & Phil. 13. vnde Augustus omnia bella est execratus, dicens, iactantis ingenij esse ob lauream coronam, in discrimen per incertos euentus, securitatem ciuium præcipitare, vt nec bellum gerendum, nisi maior spes sit emolumenti, cum tanto Imperium sit maius quò firmius, vnde consultum non est, vt inopes bella inferant, prius enim omnia experiri, quàm armis certare sapientē decet; vnde Lacedæmones ante congressum Amori, & Musis sacra faciebant, Clementiæ, & amicitiæ, non Marti; satius ducentes amore pacem incruentam hostium sibi cōciliare, quàm prælij subire aleam; sic tamē, vt bellum paci turpi, vel fictæ præponatur. Et ideò antequam bellum suscipiatur, consuli prius debet an id expediat, vel liceat, & an causæ iustæ sint. & vires adsint ad vincendum, cū bellum prius sit apparandum, quàm exercēdum, vt dicit Quinct. lib. 12. instit. orat. & Veget. lib. 3. c. 5. an adsit pecunia, cum nullus locus ita munitus sit, qui capi nō possit, si asellus auro onustus illuc ingredi possit, modo id iustè fieri possit, vt dicebat Philippus Macedo, teste Cic. lib. 1 ad Attic. ep. 12. & act. 7. in Verrem. an adsint milites, & alia de quibus supra.

Vbi verò necessitas cogit bellum suscipere, Deus rogandus, vt successus secundet, vt faciebat Carolus Magnus, vt habetur in eius Annal. & Israelitæ. Iudic. 20. 1. Reg. 13. & 14. & Constantinus Magnus vtens signo Crucis pro vexillo, & Tabernaculum habebat, in quo diuina misteria in castris fiebant; tum consideret, vt supra, Princeps, apparatum, vires, & consilia: Apparatum, scilicet res necessarias ad vsum belli, scilicet pecunia, commeatus, arma, diu enim est apparandum bellum, vt vincatur celerius, & maximè pecunia, sine qua bellum progredi nequit, vt ait Tucid. lib. 2. cum non solùm in armis, sed & expensis maximè consistat. Tum annona est curanda, sine qua nedum vincere, sed nec viuere licet: vt dicit Veget. lib. 3. c. 26. quæ ante omnia parari ideò debent, vt ibi dicit c. 3. idq; ad vsum militum in castris, & eorum, qui castra tuentur, vt aduersus moras obsidionis firmentur, vt ait Tacit. in Agric. prouidendo de aceto, tritico, larido, hordeo, fœno, paleis, & huiusmodi, vt olim faciebant Romani, qui illa per totum annum parabant, cum ieiunus exercitus disciplinam seruare non possit, vt ait Cassiod. 4. Varr. cap. 13. Arma quoque necessaria sunt, ita vt Princeps habeat armamentum, in quo arma adsint, ad vsum peditum, & equitum, tormenta, machinæ, puluis, naues, & instrumenta nautica, si regio maritima sit, cũ ista ægrè patentur, & nemo prouocare audeat, vel iniuriam facere illi regno, vel populo, quem nouit prõptum ad vindicãdum, & vulgò dicatur, qui desiderat pacem, præparet bellum; & non solùm arma requiruntur, sed milites armati, & Duces, pedites, & equites, qui omnes sunt necessarij, vt dicit Tac. lib. 1. hist. & in pugna plus equites valent, vt ait Polib. lib. 3. sic tamẽ, vt sit maior numerus peditum ad oppugnandũ, & expugnandum, & in locis impeditis, vt inquit Vegetius lib. 2. c. 2. & Arist. lib. 4. Polit. c. 13. & ita, vt sint bene ordinati, cum equites citò pareãt, citò cedant victoriæ,

2 Ad Bellũ gerendum quæ peragenda.

3 Milites quales eligendi, et vt exercendi, & sufficiẽdi.

vt ait Tacit.de morib.Germ.& lib.3.hist.Veget.lib.3. cap.2.vbi tamen bona,& composita sit militia, peditis præualet,apud barbaros contra; sic tamen, vt equites, & pedites virtute præstent, aliàs multitudo ignaua,& imperita, non vires habet, sed pondus, & est magis impedimento, quàm beneficio, vt dicit Sen.6. de benef.c.31. Liu.lib.9. manibus enim opus est non multis nominibus in bello, & virtus, non multitudo est quæ prodest. Synes ep.79.Veget.lib.1.c.8. & in multis legionibus pauci sunt, qui prælia vincunt, vt dicit Tac.lib.14.Ann.boni verò,& fortes milites fiunt,Delectu,& Disciplina; Delectu,vt primò eligantur,non emantur pecunia tantum proposita, vt idem ait lib.1. Ann.& Liu.lib.21.qui,vt plurimum sunt purgamenta vrbium suarum,vt inquit Curt.lib.9. ob egestatē peccantes,vt ait Tac.lib.3. Ann.assueti latrocinijs,& bellorum insolentes, & pede fugaces, vt dicit Aegesipp. lib.4.c.4. magni semper hostes faciendo, etiā,si debiles videantur,vt dicit Tucid.lib.6.n.71.vt hostium victoriæ etiam cælādæ sunt,vt ait Liu.Dec.3.lib.6.n.26. Quò ad disciplinam,vt in ijs non sit petulantia, vel ebrietas,desidia,hospitum oppressio,linguæ exultatio, vt dicit Cic.lib.5.de Republ.& Tacit.lib.2.3.& 4.hist. Curt.lib.7.& mox galerati fiunt lepores, vt ait Home. Iliad.1. Vnde quò ad Delectum, Domestici magis,q̄ exteri sunt eligendi,qui armis sint idonei; infidi enim sæpè exteri sunt,& venales, vbi maior merces proponitur,vt dicit Tac.lib.3.hist. & rectū difficiles, impatientes,quibus iubeatur.& maximè,vbi de summo discrimine agitur,vt idem ait lib.1.& 3.hist.& 4.Annal. seditiosi,& sæpe fugiūt in ipsa pugna,vt idē dicit lib.1. Ann. cum nec fide, nec affectu teneantur, vt idem ait in Agric. vt proinde nolint pro alijs sanguinem funde re,soliti præterea vrere, rapere, & vastare terrā quam à populationibus vindicare debebant, vt dicit Tacit. lib.2.hist. Curt.lib.3. & ærarij hirundines, vt ait Cic.

ad Attic. Domesticus verò fidem colit,& Principi obedit, vt ait Curt. lib. 1. acer in acie, & in prima fronte concurrens, ne Imperatoris sui signa vertantur, vt ait Sen. 1. de clem. cum plerique valdè Reges suos venerentur, vt dicit Curt. lib. 10. Modestior est etiam,& reueretur loca, ac sedes patrias, vt ait Tac. li. 2. hist. ideò prius deligendi, vt dicit Curt. lib. 10. exteros tamen non spernendo, si maior vis, & necessitas id cogat, vt ait Tac li. 6. Ann. sic tamen, vt vires, & robur exercitus è domesticis sint, nec corpus exteri faciant, sed membrum, vt dicit Liu. lib. 25. & alia circa hæc obseruādo, quæ habentur in tract. de Militib. cap. 1. ad fi. cum seq. Qui etiam habere debet milites ordinarios, qui velut ex arte militāt, & assiduè in hoc munere exercentur, vt dicit Veget. lib. 1. c. 1. & sint velut inuicta quædam acies, in pace decus, & in bello præsidium, vt ait Tac. de morib Germ. qui tamen non multi sint, nec semper vna, ne res nouas moliātur, vt scilicet in mediocri Imperio vna legio satis sit, cum tribus alis equitū, in maiori maior numerus sit, maximè equitum, cum pedites è subsidiarijs expleri possint, qui subsidiarij etiam præ manibus semper habendi, vel vt ordinarijs iungantur, vel in præsidia oppidorum distribuantur, vt ait Tac. loco cit. & etiam extra tempus belli res agant, vt dicit Tac. lib. 1. hist. & Sall. ad Cæs. & facilè obediunt Ducibus, vt idē dicit lib. 2. hist. & minus impendij est erudire suos, quàm mercede alienos conducere, vt dicit Veget. lib. 1. c. 28. & ad manum semper habentur, & sic vt Princeps semper nouos milites sufficiat, cum morbo, fuga, missione, numerus minuatur, & nisi reficiatur, exercitus exhauriatur, vt dicit Veget. lib 3. c. 3. mandando negotium eligendi militis magnis viris, & & magna cū diligentia, vt idem dicit lib. 1. bellum verò inferri non debet priusquàm indicatur, vt si compo ni potest, ab eo abstineatur. Num. 20. & 21. Iudic. c. 11. Deut. 20. saltem ex pietate; vt & rebus Deo sacris par

cen-

cendum.l.sacra.§.illud.ff de rerum diu.vt & non licet stuprum,vel adulterium in hostes committere.Feli.in c.quæ in ecclesiarum.nu.16.de constir. & captiuis par cendum, ac se dedentibus, & pacta cum hoste seruan da.l.5.§.fi.de pactis c.noli §.hoc.23.q.1. Ambr.lib.3. offic.c.10.23 q.4.& legati hostium non violandi. Cic. act 7.in Verrem.l.si quis.ff.de legat. & induciæ factæ seruandæ. Iosue cap.9. quas iuramento firmari expedit.Liuius lib.1.

4 *Bellū qualiter sit indicendum.* Is etiam præsentiam suam non debet bello exhibere, cum dubius sit belli euetus, & in milite unius sors sit, in Imperatore periculum omnium, ut dicit Tacit. lib.2.hist. & Aegesip.lib.5.cap.30. nisi status Imperij, uel salus prouinciarum in discrimine stet, quia tunc expedit, ut stet in acie, ut idem ait lib.4.hist.quia præsentia sua, robur, & uires inspirat militi, & omnia rectius aguntur, minora uerò bella minoribus ducibus delegāda, ut ibi dicit,& 3.Ann.nec pugnādum signis collatis, nisi necessitate cogente, uel data opportuna occasione, cum ibi de summa rerum agatur, ex sententia Pauli Emilij, teste Gellio.lib.13.c.3. & ob id laudantur duces, qui cunctando hostes fatigant, & sic uincunt, ut Fabius Maximus, qui sic res Romanorum restituit, ut dicit Liu.lib.22. & contra temeritas, ut stulta est, sic etiam infœlix. Liu.ibi.& Polib.in 3.tunc uerò fortiter dimicando, proponendo generosè uincere, uel pro bono mori.

Quòd si uictoriam Princeps cōsequitur bello, Deo gratias agat, nec inde superbiat, & sciat ea uti, ne ex victore, fiat uictus, ut sæpè contingit, & ob id ante eam consummatam non sinat prædam fieri.Iudic.20.2.Paralip.c.14. Et post uictoriam misericorditer se habendum in uictos, ut pluribus probat Tolos. de Republ. lib.11.cap.13.& Cic.1.offic.unde parcendum est multitudini,& ij qui in Imperatoris fidem confugiunt, recipiendi, etiam si aries murum percusserit, ut ibi dicit; & au-

& authores tantum turbationum puniendi; putando hostes eos qui contendunt, victos verò homines. Cic. ad Herenn. lib. 4. vt nec vrbes temerè euertendæ, vel diripiendæ; nisi primum, necesse sit ad ponendas res suas in tuto; secundum, ad animandos milites, & hostes terrendos, sic tamen, vt parcatur pueris, mulieribus, religiosis, &c. vt supra est dictum, vnde & Marcus Marcellus antequam Siracusas prædæ hostiũ daret, fleuit, & edixit, ne quis corpus liberum læderet, vt refert Aug. lib. 1 ciuit. c. 6. & Cæsar dicebat, nil sibi gratius esse, quàm multitudini parcere, vt dicit Plutar. in apophteg. cum alias non tam aliena, quàm sua vastentur, nisi Reipublicæ bonum aliud postulet, ac necessitas; & iustitia accedat; & sic etiã vt Princeps victoria non insolescat, sed illa vti sciat ad Reipublicæ bonum, ne victus quamprimum vires reficiat, vt ait Cic. lib. 1. offic. l. bello, ff. de excusat. tutor. Vt & ante indictum bellum, iustam causam fouens, tenetur ex iustitia debitam satisfactionem sibi oblatam acceptare, & à bello cessare; vt cessare quoque debet à bello si post examinatam causam belli dubitet de eius iustitia ex parte sui, si tamen possidet, & causa examinata nil sibi occurrit contra possessionem, potest in ea perseuerare: vt dicit Victor. in 6. relect. & Caiet. in verbo, Bellum, in summula.

Ex quibus sequitur, quòd capta in bello iusto, efficiantur capientis, ex iure gentium. c. ius gentium. dist. 1. c. 1. 2. 27. q. 1. § sed quod ab hostibus. Instit. de rerũ diuis. l. si quid in bello, ff. de capt. l. 1. vbi Ias. de acqui. poss. num. 8. & Theologi passim, teste Couar. in regula peccatum. 2. p. § 11. nu. 1. de reg. iur. in 6. hac tamen distinctione adhibita, quòd immobilia acquiruntur regi bellum iustum indicenti. l. si captiuus. § 1. ff de capt. Mobilia verò fiunt capientis, quæ tamen tradi debent duci exercitus; vt ea cuique iuxta merita distribuat. c. ius militare. dist. 1. Si tamen capta ab hostibus non

erant hostium, sed alterius, priori domino probabiliter sunt restituēda.l.si captiuus.§.expulsis. ff.de capt. vt & capta à piratis, & latronibus non fiunt capientium, cum non sint veri hostes, sed priori domino debentur.l.hostes.l.latrones.l.postliminium §.piratis.ff. de captiu.Couar.in d.§.11.nu 6.& 7. concordat prædictis.Silu.Bellum.1.q.1. Nau.de iniur.cons.2. Dicit tamen Victoria de iure belli.relect.6.licere tantum in bello iusto,recuperare res suas,& damna,ac impensas factas,non verò dilatare Imperiũ,quod & sentit Benzon.lib.de fuga in bello,&c.lib.3.q.3.dub.10. posse tamen eum detinere arcem hostis ad se tutandum, & victum punire parte aliqua Regni ob crimen commissum, vt eius iudicem; quæ opinio æqua est, & pia ac sustineri potest, maximè vbi ad pacem deuenitur, vt & non debet inferre damnum ex proposito, nisi prout bello sit necessarium ad superādum. Doct.tamen primi generaliter loquuntur,capta fieri capiētium,& est communis opinio,vt dicit Couar.loco cit.& Ias. dicit, id procedere ět in foro conscientiæ, sic tñ,vt notabilis excessus non adsit, damnorum,&c.vt ait Vict.loco cit.

5 *Princeps an adesse bello deāt, et vt se gerere debeat circa victoriam, cladem, vel pacem.*

Et quia ex bellis innumera mala gignuntur,& ideò bellatur,vt pace tuta fruatur quis, vt inquit Cic. Philip.2. & Tac.lib. 1. ideò pacem amplecti debet, cuius nomen est dulce,& effectus suauis, ac salutaris, idem Cic. orat. de lege Agraria. Si victus videt, ꝙ ei id sit necesse, ostendendo tamen adhuc animum fidentem, vt sic facilius reducatur,vt ait Tac.lib.4.Ann. quæ tamen honesta debet esse,cum tolerabili conditione, vt dicit Liu.lib.8.& 25.& Cic.Phil.12. & pura non ficta, sic enim aliter tutius est bellum,vt dicit Tac.li.4.hist. Victori etiam id expedit, quòd sit gloriosum parcere, & tutum, & inde populis quies detur,quod viri Principis proprium est, vt ait Plin.lib.30. & pax omnibus vtilis sit,atq; tuta,& decora,vt inquit Tac.lib.12. Ann. Liu.lib.30 Curt.lib.5. & ex alijs quæ supra sunt dicta.

&

& docet Tac.lib.15.Ann. & honesta, vbi enim iniquis conditionibus pax initur, vix durabilis est, vt & vbi ciuitas quæ defecit ad proprium Principem redit, contra capita tantum factionum iustitia est exercenda, vt dicit Tucid.lib.3.n.42.& pax,vt est amplectenda,maximè cum vicinis, sic vt est facta, est seruanda,vt pluribus docet Tolos.d.lib.11. c.13.& 14. alia de hoc videnda tract.de Militibus infra,vbi plenè id agitur.

SVMMARIVM.

1 *Religionis bonum Principi curæ esse debet.*
2 *Libri praui exterminandi, boni admittendi, & quæ alia præstanda.*
3 *Religionis prætextu quæ mala commissa,vel committi possint, & vt illis prospiciendum.*

De ratione tuendi Christianam Religionem. Cap. V.



VM Princeps brachium sit Ecclesiæ, & Religionis propugnaculum, videat ne Religio Christiana fœdetur hæresibus,aliàs publicè eius turbatores puniantur, ne Princeps pro illis puniatur, vt inquit Cipr.lib de vtilit. pœnit. & idem etiam asserit Seneca.lib.3.c.6. aliqua semper pœna puniẽdos Religionis violatores, ne totum corpus intereat,vt inquit Cic.Phil.9.quod enim in Religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam.l.4.C.de hæretic. si tamen tanta sit multitudo in culpa,vt tuto puniri nõ possit, aliqui saltem præcipui puniendi,vel res in aliud tempus differenda,vbi validiores sint vires,& principijs obstandum,& ignari instruendi ne labantur, & si lapsi aliqui sint, coercendi,

1 Religionis bonũ Principi curæ esse debet.

& edocendi, ac monendi, cum vix quis credat inuitus; vt ait Caſſiod. var. 2. ep. 27. & Aug. ep. 65. & Lact. li. 5. cap. 13. contumaces tamen puniendo, vt cæteri metu pœnæ coerceãtur, iuxta cap. ad abolendam. de hæret. qui Princeps etiam tueatur immunitatem eccleſiarũ, & perſonarum eccleſiaſticarum, & earum reuerentiã, & curet, vt Eccleſiæ conſtruantur, & magnificè exornentur, ac Indulgentijs, & ſacris reliquijs debito modo adeptis, decorentur.

Ad conſeruandam verò rectam Religionem, Princeps catholicus, Eccleſiam adiuuans, ab ea requiſitus, plura obſeruare debet. Primò, libros ab Eccleſia damnatos, pœnis adiectis, arcere debet, ſanos verò maximè noui, & veteris Teſtamenti, cum eorũ catholicis expoſitoribus admittere, & fouere; curare, vt in ſtudijs publicis ſacra ſcriptura doceatur, Theologia, & ius canonicum, ſtipendijs amplis dictas facultates profitentibus ſtatutis. Iubere vt ſacræ imagines, & ſignum Crucis venerationi habeatur, damnatis hæreſibus quibuſcunque, idolorum cultu, dæmonum adoratione, & ſuperſtitionibus quibuſcunq; ab Eccleſia damnatis, graui pœna inflicta: Sacra templa venerari, conſtruere, dotare, & reſarcire; de quibus rebus, locis proprijs latè peregi, & de quibus latè agit Toloſ. de Republ. lib. 12. qui & eccleſiam catholicam, vt ſupra defendere debet.

2 Libri praui exterminandi, boni admittendi, & qua alia praſtanda.

Proſpiciendum autem attentè à Principe catholico, ne ſub prætextu pietatis, & Religionis mala peragantur, cum vitia ſæpè ſub virtutibus ſe vendite nt, vt tenacitas ſub parſimonia, effuſio ſub largitate, crudelitas ſub zelo iuſtitiæ, remiſſio ſub pietate, vt ait Gregor. lib. 1. Reg. ep. 24. Vnde Andrecotus ſub ſpecie libertatis, Indiam contra Alexandri Præpoſitos excitauit, vt dicit Iuſtin. lib. 15. quod fecit & Deioces, vt ait Herod. lib. 1. Sic prætextu amicitiæ, Ioab Abner parſi ſibi proſpicientem occidit. 2. Reg. 3. ſic multi prætextu pietatis, & religionis mala agunt. c. ſancta. de relig. dom.

3 Religionis prætextu q̃ mala commiſſa, vel cõmitti poſſint, & vt illis proſpiciendum.

dom. in extrau. Ioannis XXII. clem. fin. de hæret. quibus difficile occurri potest, cum specie boni lateant, nisi eorum impostura detegantur.

Hæ verò, Deo iuuante, detegentur, si Ecclesiæ pastores vigilent, & visitent diœceses, & mandent inquiri de vita cuiusq;, & de occultis conuenticulis, & inuenta ad eum referant. c. excommunicamus. §. adijcimus. de hæret. quæ & Archidiaconi, & Archipresbyteri in eorum locis diligenter attendere debent. c. diaconi. 93. dist. c. ecclesias. 13. q. 1. cap. omnis. de pœnit. c. inter cætera. de offic. ord. qui Episcopi iubere debet prædicari verbum Dei, sic tamen, vt per laicos id non agatur etiam occultè. Matt. 10 d. c. excommunicamus. §. quia verò. clem. 1. de relig. dom. clemen. 2. de hæret. sed per sacerdotes pios, iuxta Conc. Trid. sess. 5.

Secundum remedium est, vt authoritate Ecclesiastica fiant generalia Concilia, Prouincialia, & Diœcesana: tertiú, vt mali libri, & improbatæ lectionis comburantur diligenter cõquisiti: quartum, vt petatur auxilium à Principibus Christianis contra rebelles religioni, quod Ecclesia potest. c. nouit. de iudic. c. si in adiutorium: 10. dist. vnde & apud Romanos Marco Attilio Prætori vrbis negotium est datum, vt populum, licet ineptè, à religionibus externis liberaret, cum & tunc Romana non esset bona, vnde constitutiones Principum fauentes religioni, & punientes contraria valdè prosunt.

In particulari verò, collegia religiosa, & societates valdè commendabiles sunt, cum Dominus sit in medio congregatorum in nomine eius Matt. 18. l. 1. §. sed religionis causa. de colleg. illic.

Cauendum verò ne prætextu religionis, hæreses seminentur, dogmata peruersa, monopolia, commessationes vetitæ, vel turpia, & conspirationes in Principē, cum zizania inter triticum crescat, & nulla sit humana societas in qua non possint inueniri aliqui mali,

vt in Angelis Lucifer, Isa. 14. inter apostolos Iudas, Act. 1. Vnde aduertendum ne ibi monopolia fiant. l. 1. ff. de monop. & cōuentus illiciti. l. vnica. C. de monop. prohibenda & conuiuia. clem. 2. de mag. c. non oportet. 42. dist. 1. Cor. 11. c. commessationes. ead. dist. vnde Episcopi confraternitates has visitent, & videant, vt se habeant, abusus tollendo, prohibendo ijs prædicare, certos libros tenere, vt & studia generalia visitanda sunt, & reformanda. sess. 25. in Trid. Conc. cap. 2. & ex Bulla Pij IIII. 112. vbi quidam fidem profiteri tenentur. & ideò diligenter collegia ista, & religiones visitandæ, & videndum, vt ibi res spiritualiter se habeāt, & ob id non facilè permittenda noua collegia, vel religiones nouæ, nisi ritè examinata, Papæ, in religionibus, & alijs rebus magni momenti accedente authoritate, vt latè probat Tolos. de Repub. lib. 13. c. 3. & 4. quæ præstanda sunt à Prælatis, non verò à Principe, nisi ijs petentibus, auxilium seculare præstando.

Religio etiam elucet in votis exsoluendis, & sacrificijs peragendis, cum sint actus religionis præstantissimi, vt dixi locis proprijs.

Cauendum tamen ne abusus irrepant, vt aliqui in periculis constituti vouebant se immolaturos quęcunque verè orirentur, in quo etiam filij includebantur, quod impium erat, de qua re agit Liuius lib. 22. & 34. Dion. Halic. in 1. vt & Iephte vouens se oblaturam Domino primum egressum è porta, primogenitum obtulit Iudic. c. 11. & simile exemplum affert Cic. 3. offic. & Valer. lib. 7. c. 3. sic etiam sacrificia inhumana extitere, quibus aliqui etiam filios immolabant, vt refert Alex. ab Alex. lib. 6. genialium dierum. & Macrobius lib. 1. Saturn. c. 7. & 11. vt & alij seipsos morti deuouere, vt Marcus Curtius, & Decius, credentes sic vanè se Deum placaturos. Liu. lib. 7. Valer. lib. 5. c. 6. alij etiā voto se obligarunt alios occidere. Act. 23.

Voti etiam prætextu aliqui alios decepere, vt Græci

ei equo Mineruæ oblato, in quo Achiui inclusi erant, qui Troiam diripuere,& exussere, vt dicit Virg.lib.2. Aeneid.sic Absalom sub specie voti regnum patris ten tauit occupare.2.Reg.15.& Hetrusci tentauerunt Romanos decipere, vt ait Gell.lib.15.c.3.

Quibus malis,vt occurratur, cõsiderentur res promissæ à Prælatis, cui promittitur,personæ promittentes,non enim voueri possunt Deo, quæ ei non placet, nec sibi mortem inferre, nec vouere res alienas; aut malum,& dolosa etiam vota caueri debent.

Pium etiam admodum est Religionem, & Fidem defendere,cuius causa, qui de Deo,de animæ immortalitate, & de futura beata vita, vel æterna morte cognitionem habent,nihil nõ agunt,& fauore; & cõtraria abhominantur,vnde filius Elezari,viso,ꝙ quidam ingressus esset ad scortum Madianitidis,contra prohibitionem, pugione confodit vtrunque Num.25.Moyses etiam armauit omnes filios Leui contra idololatras,& occidit ex illis quasi triginta millia. Exodi 32. Helias etiam prophetas Baal interfecit.3.Reg.18. Samuel concidit in frusta Agag regem Amalech. 1.Regũm 15.& Mathathias viso quodam sacrificare idolis, trucidauit eum super aram.2.Machab.2. Iehu occidit & prophetas Baal,& omnem domum Achab 4.Reg.9.

Duces etiã vsi sunt religionis prætextu sæpè ad milites animandos,vt ait Poliænus lib.1.stratagemat.& lib.5.& 7. sic cum Iulius secundus, cruciatam cũ remissione peccatorum indixisset,ad bellum contra Turcas,& Saracenos,magna hominum multitudo ad eam prouinciam accessit,vt dicit Susius in hist. & Sleidan. lib.1.& Eugenius tertius,excitauit contra Turcas Ludouicum regẽ Galliæ, vt ait Platina, in vita Eugenij, & alijs temporibus idem est factum.

Non deest tamen dæmon acerba, prætextu religionis,instrumento impiorum hominum, excitare; vnde eo prætextu quidã persecuti sunt Iudæos. 1.Mach.1.2.

& Caiphas eodem prætextu sententiam contra Dñm tulit. Io. 21. & Demetrius concitauit populum contra Christianos. Act. 19. Sic quidam Anabaptista Sangalli oppidi Heluetiorum dixit, sibi diuinitus imperatum, vt caput fratri germano præcideret, quod tamen magistratus non egere, sed eum eadem pœna sustulere, vt dicit Sleidanus lib. 6. sic tempore Claudij, & Neronis, quidam pessimi arma sumpsere, zelatores se vocantes, & sub prætextu religionis impia, & scelesta cõmittebant, & demum ignem supposuere templo Hierosolymorum, pro cuius defensione dicebãt se pugnare, vt inquit Iosephus lib. 5. de bello Iud c. 5. & lib. 6. c. 1. 2. & seq. & huiusmodi crudelia sub prætextu religionis facta commemorat Poliænus lib. 2. stratagem. Dion. Halic in 2. Valer. Max. lib. 5. c. 3. Aug. lib. 3. ciuit. c. 15. Plin. lib. 29. de viris Illustr.

His malis occurrendum est, primò ea prænoscẽdo, vt & nautæ futuram tempestatem in mari præsagientes anchoram iaciunt, vel ad portum tendunt. Vnde vetari debent à Prælatis, & Inquisitoribus disputationes de rebus sacris extra scholas, vel Ecclesias, vbi de more aguntur. l. nemo. C. de summa Trin. l. conuenticulam. C. de sacr. sãn. eccl. & conuenticula prohibẽda. c. quidam. 18. q. 2. Secundò, non debent permitti ædificari noua monasteria, vel ecclesiæ, vel loca pia publica sine licẽtia Papæ, si sint monasteria, si aliæ ecclesiæ, Episcopi, nec admittendæ nouæ religiones, nisi ritè examinatæ, & de Papæ licentia. Tertiò, vt vbi huiusmodi imposturæ deteguntur, grauiter puniantur. Gal. 5. & Deus etiam sæpe eos punit, qui religionis bono abutentes, mala perpetrant, cũ Deus ob peccata, Dei contemptum, idololatriam, transferat regna de gente in gentem. Ecclesi. 10. vnde Heli vita, & potestate priuatus est ob duos filios Ophni, & Phinees, qui detrahebant homines à sacrificio Dei. 1. Reg. 2. Sic Saul cum vsurpasset munus sacerdotis, audiuit respõsum, nequa

quam

quam vltra regnum tuū consurget. 1.Reg.8.10 & 11. Sic partes duodecim tribuum Israel translatæ sunt à prosapia Salomonis, quòd Salomon idola vxorum coluisset. 1.Reg.16.2.Reg.2 & 5. Sic Imperium Orientis à Græcis ad Carolum Magnum, Deo permittēte, translatum est ob peccatą orientalium in sacras imagines, vt dicit Platina in Leone III. Blondius. decad. 2. lib.1.

Non defuerunt etiam qui religione abusi sunt ad lucrum, dominationem, ambitionem, & deceptioné, vnde Lisander Tirannidem arripiens, conatus est corrumpere oracula Iouis Hammonis, vt pro se responderent, vt ait Aemil.Probus in Lysandro. & Diod.Sic. lib.14. sic Aemilius fratrem suum Numitorem in custodia seruans, Siluiam eius filiam Vestalium numero aggregauit, vt regno potiretur, vt ait Polyænus li.1. & 8.stratag. Herod.lib.1. Valer.lib.1.c.2. quod fecit & Phalaris, vt vsurparet Tirannidem Agrigentinorum, vt idem dicit Polyænus lib.5.stratagm. sic Mahomet sub prætextu religionis imperium sibi, & tirannidem parauit; & alij multi, quos recenset Tolos. de Republ. lib.13.cap.11.

His malis est occurrendum, primò, probando spiritus an ex Deo sint. 1.Ioan.4. Secundò, separando causam publicam à priuata, dum enim ij homines causæ publicæ fauent, laudandi sunt, & sequendi in religione Christiana, quæ sola vera est, & bona, sed dum eam causam ad priuatum commodum transferre quęrunt, in eo vitandi, Tiranni enim primò vijs dulcibus vtuntur, sed vbi potitis adepti sunt, venena impietatis euomunt: & proinde initio his malis est occurrendum. & videndum an vita verbis conueniat; & vbi subest timor, principijs obsistere, & si ij in magistratu sint, inde amouere, faciēdo magistratus breues, vt ait Dio.Cass. lib.36. & 43. vt & dandi successores maioribus potestatibus, ne in tirannidem vergant. l.2. & 3. ff. ad legem

Iul.

Iul.maiest. & est vetitum quandoq; ne administratio suæ patriæ sine Principis licentia alicui concedatur.l. fi. C.de crim.sacrileg. & vetitũ ne magistratus donis, vel aliter plebem demulcerent, vt dicit Herod.in 1.& Athenienses huiusmodi suspectos extra ciuitatem relegabant.2 Polit. quod tamen à Christianis ob id solum agendum non est, nisi delictum ea pœna dignum accedat, nisi prudenter cum maiori honore alio transferantur, cum turba sit facilis ad deceptionem, qui ideò obseruari diligenter debent.

Alij prætereasub religionis prætextu, alia scelera, & fraudes commisere, sic enim Rex Italiæ Desiderius occupabat bona Ecclesiæ, & Pontificem persequebatur, & tamẽ in nummis amota imagine Herculis, subrogabat imaginem sancti Laurentij, vt inquit Annius lib.de antiquit.tabula 5. sic Iulianus apostata eripuit bona ecclesiarum, dicens, se sic facere ecclesiasticos expeditiores ad regnum cœlorum, quòd scriptum sit: Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cœlorũ, tacens id(spiritu) Pomp.Lætus in eius vita.& quidam sub nomine religionis i Gallia, volebat se pro Christo adorari, vt dicit Sigib ann.591. vt & alij falsa miracula inducebant, artificijs, imagines flentes, vel sudantes populo exhibentes, donec detecti puniti sunt, vt dicit Pap.lib.1.rapsf.arrest.tit.1.arrest.5.& 6.vt & in templo Serapidis Sacerdotes Gentilium per cuniculos cauos ingrediebantur idolum cauum, & dabant responsa, vt ait Euseb. in hist.eccles. & Dion in Nerone.

His imposturis occurri potest; Primò, si cura à Prælatis habeatur, vt talia agentes detegantur, & puniantur.l.Senatusconsulto. ff.de iniur.l.eum. ff.de extraordin.crim.l.si quis aliquid.ff.de pœn.& sic tollendo huiusmodi superstitiones, & falsitates, vt & cauetur ne reliquiæ sacræ venales sint, vel nouæ, nisi Papæ authoritate accedente, venerationi habeantur, eliminatis quæstuarijs.c.fi.extra de reliq.& ven.sanct. c.1,2. eod. c.te-

c.teneamus.1.q.1.c.venerabili. de testib.l.3. C.de sac. san.eccl.l.decernimus.C.de episc.& cler.c.cum ex eo. de pœnit.& remiss.c.tuarum.de priuil.clem.1.de pœnit.& remiss.c.vt officium.§.compescendi.de hæretic. in 6,Conc.Trid.sess.5.c.2. sess.21.cap.9. quibus locis, damnatis quæstuarijs,multa pia circa sacras reliquias statuuntur, vt & à Prælatis cohiberi debet ambitio, vel auaritia illorum, qui talia perpetrent.c.constituit. 16.q.7.c.fi. 20.q.3.c.veniens. de simon. Conc.Cartag. IIII.cap.93.& 94.extrauag.1.de Regular.


Alij quoque scelesti homines prætextu religionis ad libidines eorum explendas,nepharié sunt vsi; vt de historia bachanaliũ tradit Liu.lib.39. vnde nocturna sacrificia sublata fuere,teste Cic.lib.2.de Legibus. ne daretur ansa mulieribus delinquẽdi;Sic filij Heli dormiebant cum mulieribus,quas obseruabãt ad ostium tabernaculi. 1.Reg.2.& apud Nouariẽses,anno 1308. orta hæresis,qua mares, & fœminæ simul habitabant, & in omnem libidinem prolabebantur:Sic Romulus, vt raperet Sabinas, ludos Neptuno parauit, vt ait Liuius in Plut.in vita Romuli,Oros.in 2.c. 4.& alij multi,quos recenset Tolos.d.lib.13.c.19.

Quibus malis,vt occurratur,à Prælatis,cohabitatio indebita virorum, & mulierum vetanda, c.1 2.& 3.de cohabit.cler.& mul. commessationes.c.commessationes.44.dist. & nocturnæ vigiliæ.ex Conc.Elibert. vt & vetita gemina monasteria virorum , & mulierum sub eodem tecto.ex Conc.Nic.c.20.c.diffinimus.cum seq. 18.q.2. vt & vetitum ne viri cum mulieribus in ecclesiarum cœnaculis inhabitent. ex Sin.Trull..c.98. quæ & separatim à viris sedere debẽt,vt dicit Clem.Rom. lib.2.constit.c.61. vt & vetitum ne moniales claustra exeant,nec aliqui ad eas accedant,nisi ex causa necessaria, neve mulieres ingrediãtur septa monasteriorum religiosorum, vt dixi tract. de Regular.

Pari ratione ad religionem tuendam, cura adhibenda

da à Prælatis Ecclesiarum, ne falsa miracula afferantur, vel ad malum ijs qui abutatur, vt & magicæ impietates tollendæ, & maleficia, lamiarum scelera, & huiusmodi mala, vt & seruanda est immunitas erga sacra loca, & personas, ac res, de quibus latè agit Tolos. d.lib.13.de Repub. & ego peregi in tract.proprijs: vt ita Religio Christiana mũda, & sancta, vt verè est, seruetur, ad quæ agenda pij Christiani Principes auxilium, & seculare brachium Prælatis Ecclesiasticis petentibus præstare debent, vt sæpè est dictum, vt ab his bonis, ad sempiterna, Deo præstante, perueniant; Qui proinde iustè, & honestè, ac religiosè viuentes, & rectè populos regentes, morti proximi, sacramentis muniti, successori, Dei timorem, honorem, & amorem, ac populi curam commendare debent, & proceres monere, vt ei fidelem, & diligentem operam, ad Dei gloriam, ferre velint, vt cum ipso, ad beatam Paradisi fœlicitatem, hic bene viuentes, Deo præstante, conscendere mereantur.

Finis Secundi Libri.



DE PRINCIPE
LIBER TERTIVS.
IN QVO, DE PERSONIS, Principi, & Reipublicæ deseruientibus agitur, earum potestate, & officio.

SVMMARIVM.

1 Subditi debent Principibus obedire in licitis, & quod peccatum incurrant secus faciendo.
2 Subditi debent Principem reuereri, nec eum tristitia afficere.
3 Subditi Principem timere, & amare debent.
4 Subditi debent Principi opem ferre, nec ei detrahere.
5 Subditi debent pro Principe Deum rogare.

De Subditis in genere. Cap. I.



EX dictis superius de Principis officio, satis constare potest, quod nam sit subditorum munus, & debitū, cum enim Princeps, & subditi correlatiua sint, & ad Principem regere spectet, ad subditos vtique regi spectabit, ita scilicet se habere, vt faciles se Principis regimini reddant.

1 Subditi debent Principibus obedire in licitis, & quod peccatū incurrāt secus faciē

Primò ergo tenentur subditi Principi obedire, idq; est

est mortale ex genere si prætermittatur. Rom. 13. 1. Petri 2. c. qui resistit. 11. q. 3. & probat Hier. in commen. ad Tit. 3. Clem. Alex. lib. 3. strom. cum id sit contra iustitiam, cuius obedientia est pars. Fallit tamen si Princeps mandaret aliquid contra Dei præceptum, vt idololatriam, sic ei enim non est obediendum; locis alleg. D. Tho. 2. 2. q 104. art. 5. Sotus lib. 4. de iustit. q. 5. ar. 1. si tamen id est dubium an sit contra Dei præceptum, & facta diligenti inquisitione subditus nō rectificatur de iniustitia, vel an sit peccatum etiam veniale, debet obedire, & excusatur à peccato ob obedientiam. cap. quid ergo. 11. q. 3. c. ad aures. de temp. ordin. Secundò, fallit, si quid præcipiat, quod sit contra dispendium salutis, vel contra præceptum superioris ad præcipientem, vel in his quæ ad eius superioritatem non attinent, in his enim non est opus obedire, nisi ad scandalum vitandum, nec in his quæ pertinent ad actus interiores voluntatis, nisi prout actus interiores colliguntur ex exterioribus, sed in pertinentibus ad corpus, nec in omnibus, vt circa matrimonium contrahendū, vel virginitatem seruandam, quia sic omnes homines pares sunt, sed in spectātibus ad Rempublicam, & bonum commune. Silu. Obedientia. nu. 1. & 2. vbi verò Princeps apponit tantum pœnam; probabile est, ꝙ nō voluerit obligare in cōscientia, nisi aliquo certo signo colligi id possit. Tertiò, fallit si subditus nō potuit obedire, ex impotentia, vel ex alia rationabili causa. Abb. in c. magnæ. de voto. Quartò, si ideò non obedit, quia credit eum per errorem præcepisse, vel si eius præceptum non recipitur à maiori parte populi eo sciente, & non contradicente, nisi eius præceptum concurrat cum aliqua lege diuina. Silu. Lex. q. 6. in fin. Quintò, fallit, si eius potestas sit vsurpata, nisi adsit scandalum non obediēdo. Silu. Obedientia. nu 1. etiam si toleretur ab Imperatore nō valente eum armis expugnare. Bal. in l. decernimus. C. de sac. san. eccl. ꝗ quod intelligitur,

tur, si primus est, qui vsurpauit, si enim sit filius eius, & à populo toleretur, videtur tacitus eius consensus accedere. arg l. 1. ff. de orig. iur. nisi toleretur metu, vt supra, & qui ideò non obedit Principi, quia non vult ei subijci est propriè peccatum inobedientiæ. D. Tho. 2. 2. q. 105. art. 1. si enim ex alia causa id omittit, quandoque est mortale, quandoque est veniale, iuxta prædicta, qui & Principe iubente, tenentur ire ad iustum bellum. Ratione etiam, prædicta probantur, nam intentio Principis est inducere ciues ad virtutem, vt secundùm Christianam religionem disponantur ad beatitudinem, non autem esse potest ciuis virtuosus, nisi sit vir bonus, non potest autem esse bonus, nisi obediat Principi iusta imperanti, & leges obseruet, ergo. Secundò, nam Principi obedire est de necessitate conseruationis dominij, & salutis subditorum, quia vbi non est obedientia, omnis politia destruitur, ergo oportet ei obedire, vt Principatus seruetur. Tertiò, nā vt humores corporis sibi contrariantes, reddunt corpus infirmum, sic ciues nisi Principi obediāt, inter se tumultuabunt, ergo oportet vt reducantur ad concordiàm per obedientiam Principis, sicut humores per obedientiam Medico factam, ergo oportet Principi obedire ad seruādam pacem intrinsecam, & externam, etiam si malus sit, modo iusta præcipiat. Rom. 13.

Secundò, populus non debet Principem ad iram, & indignationem prouocare, quod duobus modis euenit, primò, si ei non debetur debitus honor, & reuerentia: secundò, si non seruatur ei debita subiectio, & fidelitas, Princeps enim se habet in dominio, sicut caput in corpore, caput verò super alia membra duo obtinet, primò, quòd est altius, & sublimius, secundò, quòd dirigit membra in operationes suas, cum in eo vigeant sensus interiores, & exteriores, quibus integris manentibus bene operamur, sed si infirmantur, vel ab operatione impediunt, vel confusè homo operatur,

Subditi debent Principem reueri, nec eū tristitia afficere.

ratur, vt patet in perturbatione visus, & auditus, & confusione phantasiæ, & læsione memoriæ. Sic Princeps duo obtinet supra populum, primò, quòd est altior, ideò primas illi debetur locus, sublimior sedes, copiosior personæ comitatus: secundò, habet dirigere subditos, conseruare, & defendere, vt pastor oues sibi commissas, vnde ei debetur honor cum sit Princeps. 1. Petri 2. regem honorificate. & cum habeat regere, debetur ei subiectio, & fidelitas, nã vt in exercitu duci necesse est subiectio, & fidelitas pugnatorum, aliter ciuitas non seruabitur, sic & Principi, vnde debetur ei honor, & obedientia, & per consequens irascitur si videt honorem sibi non tribui ab ijs qui solent, & debent, vt ait Philosophus 2. Rhet. cum sic ibi adsit paruipensio, quæ iram inducit, vt & si ei non obediatur ab ijs qui tenentur, & solent. Sic etiam cauere debent subditi ne ad iram prouocent Principem, iniuria afficiendo personas ei coniunctas, vt vxorem, filios, consanguineos, & familiares, quia turpe sit illis non auxiliari. 2. Rhet. sic etiam cauere debent ne ad iram eum prouocent, lædentes in rebus quæ ad ipsum spectant, vt possessionibus, & huiusmodi, quia sic suspicatur aliquid mali cõtra eum subditos machinari, & ipsum contemnere, vnde subditi filios suos erudire debent, vt Principem honorent, & ei subijciãtur, & personas,
2 vel res ei coniunctas nõ lædant, quia sic a teneris erudi͡ti, cum adoleuerint id sine difficultate præstabunt; sic & Dauid nunquam voluit nocere Saul eius persecutori, licet potuerit, dum dominio potitus est, sed eius interfectorem interemit.

3 *Subditi* Tertiò, debent Principem timere, & amare, sed magis amare, quàm timere, quod Princeps consequetur, si beneficum, & liberalem se ostendet, cum popularis multitudo non apprehendat nisi sensibilia, & maximè pecunias, & diuitias, quia sciunt per has voluptates ventris, & veneris obtineri, vt ait Arist. 2. Rhetoric.

Secundò,

Secundò, si ostendet se animo virilem, & fortem, & magnanimum, & aggredientem quodcunq; arduum pro salute publica, non parcendo etiam propriæ vitæ, vt subditos incolumes reddat, nec facultatibus, quia sic populus eum cõsiderabit, vt fidum pastorem, & patrem vniuersalem, & per consequens eum diliget. 2. Rhetor. Tertiò, si ostendat se iustum, & æqualem erga omnes, cum veritas omnia vincat. Esdræ 3. & iustitia, quæ in veritate fundatur omnibus diligibilis sit. Timetur verò, si sit punitiuus malorum, immaniter peccantes, vt parricidas, proditores, & huiusmodi atrociter puniendo. 2. Rhet. Secundò, non parcendo vlli delinquenti, etiam si frater esset, vel consanguineus, sic enim omnes cauent à malis, videntes Principem nullũ excipere à pœna Tertiò, præcipiendo officialibus, vt latenter obseruent, & inquirant delinquentes, sic enim quilibet timet ne cadat in manus suas, & ècõuersò bonis amabilem se præbendo, & magis curando, vt ametur, quàm timeatur, generosus est enim hominis animus, & magis amore, quàm vi trahitur ad bonum, & retrahitur à malo: vt inquit Sen. ep. ad Lucillum; vt & Dominus seruator faciebat; vt & subditi studere debent, vt Principi fiant amici, congratulando ei quoque in prosperis, & in aduersis dolendo, ac illi ob beneficia ab eo accepta, gratias agendo, & eius imperfectiones æquo, & humili animo ferendo.

Quartò, subditi debent Principi subsidium ferre, vt seipsum splendidè alere possit, & Rempublicam interius, & exterius custodire, atque defendere, iustas impositiones ei persoluendo, vt supra est dictum; & illi etiam non petiti in necessitatibus opem ferendo. 4 *Subditi debent Principi opẽ ferre, nec ei detrahere.*

Quintò, non debent ei detrahere publicè, vel occultè. l. 1. C. si quis Principi maled. honor enim illis redditus Deo exhibetur, & èconuerso; sed gaudio illum afficere, ipsi obediendo, ac pro virtute certando.

Vltimò, debent Deum rogare pro Principum vita,

5 *Subditi debent pro Principe Deum rogare.*

& iusto eorum regimine. Baruch 1.1. Timoth. 2. & eis etiam reuerentiã exhibere; Vnde Lacedæmones nulli surgendi honorem dabant, nisi Regi, & ephoro, & eo mortuo nihil per triduum vendebatur, & forum paleis conspergebatur, vt ait Heraclides in Lacedæm. Republ. Persæ pro Rege precabantur assiduè. Herod. in 1. & Ecclesia nostra orat etiam pro Principibus, vt à Deo missis; & Romæ die tertio post Calendas Ianuarias pro salute Principis vota suscipiebantur. Dio. lib. 44. hist. Plutar. in Cicerone: & apud Aetiopes si Rex aliqua corporis parte debilitaretur, domestici omnes partem eandem sibi debilitabãt, turpe æstimantes, Rege claudo, non omnes sic esse, vt ait Diod. Sicul. lib. 16. apud Persas, cum Rex equitabat, omnes pro suis facultatibus ei munera offerebant, vt refert Aelia. lib. 1. variæ hist.

SVMMARIVM.

1 *Præfectus vrbis quis sit, & cur institutus.*
2 *Præfectus vrbis quibus præditus esse debeat, & quæ seruare.*
3 *Præfecti vrbis munus quod, quæque potestas.*

De Præfecto Vrbis. Cap. II.

1 *Præfectus vrbis quis sit, & cur institutus*



TAMETSI Magistratus vrbis curam habeant in iustitia administrãda, quia tamen æquum est, vt aliquis sit qui latiores habeat habenas, & communem vrbis curam, ideò institutum est officium Præfecti vrbis, quod à principio erat extraordinarium, postea verò Imperatorum arbitrio cœpit fieri perpetuum, & illius Præses ius Romæ dicebat, cum omni Imperio Latinorum, feriarum tempore:

pore: vt ait Gell.lib.14.c.fi. qui aderat etiam tempore Romuli, vt inquit Dion. Halic. lib. 1. & erant Vicarij Regis ipso absente cum potestate regia, ijdemque exemplo Consulum, & Prætorum, illo tempore, si opus erat, Senatum habere poterant, vt ait Gell.loco citato. Sed postquam Principes ius obtinuere creandi magistratus, præfectura vrbis cum prætura, vt annua esset, sicut & cæteri magistratus, est introducta; & vrbs præfecto vrbis est commissa, & eius iurisdictio limitata, vt quicquid intra vrbem committeretur præfectus cognosceret, & extra ad lapidem centesimum. l.1.ff.de offic. præf. vrb. cognoscendo de adulterio serui, de interdictis, quod vi, aut clam, vnde vi, puniendo tutores, & curatores in officio malè versantes, audiédo etiam querelas seruorum erga dominos, & libertorum aduersus patronos, curando quoq;, vt caro iusto pretio vendatur, cum omnibus armentis, & vt populus quietus maneret, & vt præessent disciplinæ spectaculorum. l.1. §.cura carnis.§.quies quoque. ff.eod. & etiam curam haberent omnium ciuium, & populariuin. l.1.C. eod. & præferuntur omnibus alijs dignitatibus sine iniuria tamen alieni honoris. l.3. C.eod. & etiam notionem habent.l.2.ff.eod. & curã, vt nummularij rectè se gerant, circa eorum officium.d.l.1.§.hoc quoque.ff.eod. & etiam vltra centesimum lapidem iudices dare possunt. l.fi.ff.eod. qui & cognoscunt de omnibus causis, de quibus cognoscunt præfecti prætorio, & prætores, & consules, consulibus absentibus.l.1. ff.de offic.præf. quorũ prætorum insignia erant, sella curulis, latus clauus, paludamentum, toga prętextata, & dimidiatus fascium consulariũ numerus: vt ait Lazius lib.9.c.6. qui & edicta nedum annalia, sed & perpetua vim legis habentia decernebãt. §.prætorũ. Instit.de iure nat.l.1.ff. de alb.scr. §.sed cũ paulatim. Instit.de testam. In quibus tamen standum est nunc locorum statutis, & Principis delegantis mandato, iuxta quod maiorem mi-

noremve præses potestatem suscipit.

2 Is autem eligi debet custos, & Princeps ciuitatis, qui singulis ætatibus semper, pueritia, adolescentia, matura ætate probatus est, & immaculatus existit: vt ait Plato. lib. 5. de Legib. & lib. 6. oportet eum qui passim sincerus, & incorruptus euadit, tanquam aurum in ignis examine comprobatum, gubernandæ ciuitati præficere, muneribusq; ornare viuẽtem, & mortuum, qui & iurare debet de officio fideliter administrando, deinde ad vrbem sibi commissam pergere, non trahendo alicubi morã, nec declinando ad alienas regiones. ex Constitut. Iustiniani 95. & ea seruando quæ continentur in tit. de offic. proc. qui & antequam fines prouinciæ sibi decretæ ingrediatur, edictum de suo aduentu mittere debet continens aliquam sui commendationem, & eos monens, ne publicè, vel priuatim ei occurrant, sed quilibet in sua patria eum excipiat, significando etiã decessori, qua die sit ingressurus, ne inopinato ingrediatur, per viam consuetã incedendo. ex d. Constit. Idem quoq; melius est, vt incedat sine vxore, sed & cũ ea potest, sic tamen, vt illam coerceat, sciens, quod illa deliquerit à se reposcendum. ex l. 1. ff. de offi. proc. Idem quoq; eligere debet ministros probos, prudentes, & muneribus aptos, ne ipse præfectus ex eorũ erratis suppleat, cum viros bonos secum adducere debeat, vt inquit Isocrates ad Dæmonicum. Delectus ad magistratum nullius improbi ministerio in obeundis negotijs vtitor, nam quicquid ille deliquerit, sibi imputabitur, & idem asserit Cic ad Q Fratrem. & act. 4. in Verrem. & habetur in lege Diocliciani, & Maximiani. lib. 1. C. tit. 47. Qui, & decernere debet ne eius familia munera accipiat, idẽ Cic. d. act. 4. nõ nego tibi ipsi nullum nummum esse numeratũ, sed cum ob tua decreta, ob tua imperata, ob iudicata pecuniæ dabantur, non erat quærendum cuius manu numerarentur, sed cuius iniuria cogerentur, comites tui illi delecti, præfecti,

Præfectus vrbis quib. præditus esse debeat, & quæ seruare.

fecti, scribæ, medici, accensi, aruspices, præcones, manus erant tuæ, vt quisque te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur. & habetur l.2. C.de offic mag. mil.tales delinquentes à præfecto puniendos. Qui ministri, scilicet iudex criminum, assessor, apparitores, & executores exteri esse debent, non loci indigenæ: vt habetur in l.fi. C.de crim.sacril.nulli patriæ suæ administratio sine speciali Principis permissu permittatur, & idem decernitur in l.nullus. C.de diui.offic.lib.12. & l.fin. C.de crim.sacril.& in l.Iulij Pauli, sub tit.ff.de adu.fisci.Idem quoq; apud se habere debet Senatores, vel consiliarios, aut assessores, viros prudentes, bonos, & si fieri potest nobiles, vt rebus rectius consulant, & maiores vigintiquinque annis.ex Dione lib.52.qui curare debent ne Respublica aliquod detrimentum patiatur, nec priuatis odijs, aut cupiditate moueri, nil indignum agentes, & plebem ab omni insolentia vindicantes, vt habetur in l.1.C.de contract.iudic. Is etiam præfectus ad Rempublicam se accommodare debet: vt inquit Plut.in Politicis. decet virum ciuilē, & Rem publicam tractare incipientem, tandiu ciuium moribus consentaneè viuere, & se ad eorum naturam accōmodare, ac scitè, coniecturaq; affectari, & consequi ea quibus soleat populus delectari, & quibus adduci facilè, donec opinione virtutis, & fide iam cōparata, authoritate initi possit, cum aliàs mores vulgi imitari nō debeat, sed scire tantum qua quisque maximè ratione adduci capique possit, & mores proinde ciuium tum leniter, atque scito tractando, moderandoq; meliores efficere aggredi debet, cum iam sibi vires sunt, & authoritas comparata.& Plato ep.4. necessaria est ad res gerendas hominum beneuolentia; quam præfectus vt bi iustitia, & prudētia, ac cæteris virtutibus facilè conciliabit; subditi enim nimis asperè non sunt tractandi. l.nemo.C.de dignit.lib.12. Qui, & placidus, ac mitis

quoque esse debet, sic tamen, vt suam dignitatem conseruet, & à nimia familiaritate subditorum caueat, vt dicit Cic. ad Q. Fratrem procósulem Asiæ. & habetur in l. obseruandum. ff. de offi. præs. obseruandum est ius reddenti, vt in adeundo quidem facilem se præbeat, sed contemni non patiatur, vnde mādatis adijcitur, ne præsides prouinciarum in interiorem familiaritatem prouinciales admittant, nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur. Qui, & negociari non debet, nec vxorē ducere in prouincia, vt inquit Arist. lib. 5. Polit. c. 8. caput est in omni Republica, vt legibus, & omni alia ratione prouisum sit, ne qua facultas quæstus faciendi magistratibus relinquatur, & habetur in l. 1. C. de contract. iudic. l. qui officij causa. ff. de contrah. empt. l. præfectus cohortis. l. si quis officium. ff de ritu nupt. Qui demum grauiora quæq; ad Principem referre debet, vt habetur in l. Constantini. li. 11. C. Theod. tit 29. vnde Zonaras in Tiberio, ait, Pilatum Iudeæ præsidem Domini acta ad Tiberium scripsisse.

9 *Præfecti vrbis munus quod, quæq; eius potestas.* Porrò præfecti munus multiplex est. Primò, vt si non adest domus publica in ciuitate, in quam præfectus vrbi, & Senatores conuenire possint, curare vt q̃primum reficiatur, vel ædificetur, & vt ædificia ornatè ædificētur, tum publica, tum priuata, & maximè ædes sacræ, & opera publica, vel collapsa reficiantur decenter: vt inquit Arist. lib. 6. Polit. c. 8. Bicsius lib. 3. de Repub. & habetur in l. si in aliquam. ff. de offic. proc. in l. nulli iudicum. C. de offic. rect. prou. qui tamē nullum opus publicum nouum facere debet Principe inconsulto, nisi à præcessore cœptum. l. intra vrbem. l. nemo iudicum. l. nemini. C. de operib. publ. Idem etiam curam habere debet vt muri ciuitatis, & viæ publicæ reficiantur, & extruātur. l. omnes. eod. tit. l. ad instructiones. C. de sac. san. eccl. & Plato lib. 6. de Legib. Variam vrbis curam habeant ædiles, vulgariumque itinerum, quæ à regione in vrbem tendunt, ædificationum quoque,

que, vt secundùm leges fiant. & similiter de pontibus, & fontibus, & ne flumina officiant ædibus, nec itinera publica impediantur, aut in ijs ædificetur, & quisque ante ædes suas vias publicas reparet, repurgetque aquaria, ne viæ sint impedimento, & ne quid ante officinas ponatur, nisi fullo vestimenta aeri proponat, vel faber rotas, sic tamen, vt itineri nō sint impedimento. ex Papin.lib.43.ff.tit.10. Qui, & curare debet ne priuatorum domus viæ publicæ, vel publicis ædificijs officiant, nec ijs ciuitatis aspectus deformetur.l.negotiādi.l.si cui.& per tot.C.de ædif.priu.& in l.1. ff.de via publ. ex Vlpia.lib.43. ff.tit.10. qui & ex causa cogere potest dominos domuum eas reficere, & ne ij arces, vel turres ædificent. l.præses. ff.de offic.præs. & ex l. Dioclet.lib.11.C.tit.19.

Secundò, ad præfectum pertinet curam habere horreorum publicorum. ex l.2. C.de conditis in publicis horreis. dicente, cum ad quamlibet vrbem, mansionemve accesseris, protinus horrea inspicere te volumus. & l.5.eodem.& l.3 C.de quibus muneribus, vel præstant. eod.lib.10. C.

Tertiò, curare debet, vt fontes, & aquæ in vrbem, & agros ducantur, vt ait Plato.lib.6.de Legib. curam aquarum ædiles habeant, vt in fontes, quam liquidissimæ sufficientesque ducantur, ac ciuitatem iuuent pariter, & exornent.& Arist.lib.7. Polit.c.11. quòd verò pertinet ad aquas, & fontes primum est, vt aquarum suppetat intima copia, quòd si non contingat, cisternæ fiant multarum aquarum capaces, quæ nunquam oppidanos deficiant, si bello intra oppidum inclusi, vsu agri prohibeantur, sic vt quæ potui aptę sint, ab alijs separentur, vt ibi dicit, & habetur in l hac lege.& l diligenter.& per tot.C de aquę ductu.lib.11.& Plato loco cit. curandum ait, vt aquę ex montibus defluentes in vallibus excipiantur, ita vt inde agros siccos irrigare valeant. & idem ait Plinius Traiano.lib.10. cū eius

responsione. Qui, & curare debet, vt balnea habeantur quibus, laboribus gymnasticis defessi, & infirmi reficiantur, & balnea etiam mineralia pro infirmorum salubritate, vbi fieri potest habeantur, & conseruentur, vt ait idem Plato loco prædicto.

Quartò, curare debet, vt vrbs mundissima sit, vt idem ait loco cit. vrbs quidem tota in circulum in locis sublimibus deducatur; vt & munitior sit, & mundior; & infra. Curet ędiles, vt vrbs, quàm mundissima sit, nec à priuatis vnquam patiantur, aut ędificando, aut fodiendo publicum aliquid occupari. & habetur in l.1.& 2. ff. de cloacis. curando scilicet, vt cloacę purgentur, cum inde immunditia vrbi, & aeri pestilentia adducatur; curando quoq; ne in itineribus rixę fiant, nec stercora proijciātur, vel morticina, aut pelles, nec quid effundatur, vel deijciatur in vias. l.2. ff. ne quid in loco publ. neç aquę ibi noceant. l. prętor ait. l. ædiles. ff. de via publ.

Quintò, cura illi sit ne montes, & siluę suę prouincię excidantur, & extirpentur, cum materiam pręstēt ędificijs, & nauigijs, vt ait Patrit. lib. 7. de instit. Reip. & Arist. lib. 6. Polit. cap. 8. & habetur in l. si ita legatus. ver dominus. ff. de vsu & habit. Qui, & visitare debet terminos prouincię suę, & eorum vsurpatores punire, & terminos auulsos appellatione remota restituere, vt ait Plato lib. 8. de Legib. nemo fines, atque terminos agri moueat, nec ciuis vicini, nec finitimi peregrini, &c. imposita pœna pro modo delicti, vt habetur in l. 1. & 2. ff. de termino moto.

Sextò, cura illi esse debet, vt cibaria copiosè adsint, & iusto pretio vendātur, vt dicit Plato lib. 3. de Legib. Res venales curę censoribus sint, qui ne quis vendendo, emendove iniuriam faciat, vehementer prouideāt, & immoderatos, contumeliososq; omnes compescant, qui considerent, nunquid ciues peregrinis res singulas conuenienter, atq; vt lege cautū est vendant; & infra.

si

si quid verò venditum, emptumque pluris minorisve est, quàm lex iusserit, qua rerum venalium mensuræ, & precia constituta sunt, apud legum custodes illud plus conscribatur, & contrariũ deleatur, nempè iniustis venditoribus punitis. & idem ait Arist. lib. 7. Polit. c. 8. & Cic. 2. offic. & habetur in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præf. vrbi. & in l. 1. C. eod. qui, & in inopia potest cogere dominos tritici, vt excepto quod sibi opus est, reliquum ciuibus publicè vendant. & patet ex Dion. Halic. lib. 9. Liu. 4. lib. Qui, & vetare debet ne quis victualia præemat, vt carius vendat, vt dicit Cic. lib. 1. offic. qui punitur falsi pœna, & dicitur Dardanarius. in l. annonam. ff. de extraord. crim.

Septimò, curare, vt in ciuitate adsint carceres pro reis custodiendis, vt ait Plato lib. 10. de Legibus. Tres sint in ciuitate carceres, vnus plurimis communis in foro rerum venalium, vbi multi ne fugiant custodiantur, alter vbi cætus eorum fit qui auctu congregantur, correctionis nomine appellatus, tertius in media regione, vbi quàm maximè desertus, siluestrisque locus sit, supplicij nomine notatus: quibus locis, tertio excepto, rei custodiæ gratia, non pœnæ causa custodiãtur, ideò humanè tractentur, sic tamen, vt non fugiant. l. 1. l. diuus. l. solent. ff. de cust. & exhib. l. carceri. eod. l. 1. l. absentem. ff. de pœn. & l. 1. C. de cust. reor. cum seq. & ex l. Honorij. C. Theodosiani. tit. 3. & docet etiam Arist. lib. 6. Polit. cap. 8.

Octauò, curare debet, vt adsint diuersoria multa, & commoda pro exteris accipiendis, vbi humanè tractentur, & eis de necessarijs pro victu, & potu, ac decubitu, & equis prouideatur, nec nimis grauentur, nec meretrices, & huiusmodi ibi permittantur, sed viri probi; & præfecti officiũ sit vt nemini iniuria ibi fiat, idem lib. 11. de Legib. Biesius lib. 4. de Republ. li. 1. 3. & 5. ff. nautæ caupones stabul.

Nonò, illi cura inesse debet, vt factiones, & seditiones

nes in ciuitatibus ortæ sedentur, & ad amicitiam reducantur, nulli parti fauendo, quòd maximum scelus esset, vt inquit Arist.lib.5.Polit.cap.4. seditiones non de paruis rebus fiunt, sed ex paruis orta seditione, de magnis diffidetur, cæterum tunc paruæ seditiones inualescunt cum inter Reipublicæ Principes agitantur, itaq; talibus malis initio occurrere, & Principum, potentiumq; discordias protinus dirimere oportet. & Plut. in Politicis, non semper incendia de sacris publicisve domibus initium sumunt, sed sæpenumero è domuncula lucerna parumper neglecta, ingens erumpit flāma, vt ibi dicit. Vnde vir ciuilis debet huiusmodi parua initia futuræ cladis preuenire, & opprimere, & præfectus vrbi eas reprimere, pacificationibus, fœderibus, inducijs, vadibus, fide publica, exilio, pœnis.

Decimò, illi cura esse peregrinorum, ac pauperum debet, ne peregrini illudantur, nec eis inferatur iniuria, vt ait Plato lib.5.de Legib.ad peregrinos sanctissima esse fœdera quisq; cogitet, fermè enim omnia peregrinorum, & contra peregrinos peccata, præ illis quæ inter ciues committuntur, vltori Deo curæ sunt, nam cum peregrinus amicis, cognatisque careat, maiorem & apud Deum, & apud homines meretur misericordiam & Cic.lib.3.offic qui ciuium rationem esse habendam dicūt, externorum negant, hi dirimunt cōmunem humani generis societatē, qua sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, iustitia, funditus tollitur, qui peregrini nil præter suum negotium agant, & in aliena re nō sint curiosi, vt ait Cic.lib.1.offic.Quibus, & pauperes curæ esse debent, vt dicit Aug.ad fratres in heremo.serm.35.Iudices duces populi esse debent, orphanorum patres, viduarum mariti, iustitiæ zelatores, & Reipublicæ amatores, quæ quidem omnia cunctis magistratibus inesse debent, sed vrbium præfectis multo profecto magis, quia eorum fidei, ciuium fortunæ omnes committuntur, & capita, de communi æra-

rio ijs prouidendo, vt ait D.Th.lib.2.de regim.Princ. cap.15.& fictè id agentes puniendo.l.vnica.C.de mendicantibus valid. lib.11. Qui,& pupillorum infirmorum,ac expositorum curam suscipere debet, vt pupillis de tutoribus prouideatur, vbi honestè educentur, & eorum bona conseruentur. ff.de offic.proc.per tot. l.ventri.& per tot.ff.de tut.l.3. ff.qui petant tut.l.vnica.C.quando Imperator inter pup. & ex l.Constantini.lib.11.C.Theodos.tit.27 curando etiam,vt expositi educentur infantes,locis cit.

Vndecimò,curare debet, ne ciues otiosè viuant,vt ait Plato lib.8.de Republ. otiosi fucis aculeatis similes sunt, & in quacunque fuerint ciuitate, eam turbant,quemadmodum pituita,ac bilis corpus, quos oportet bonum Medicum, & legum fundatorem, non minus quàm solertem apum cultorem,eminus præcauere, primum quidem ne oriantur in ciuitate, quòd si oriuntur, vt cum ipsis fucis protinus excidantur, & idem repetit lib.6.de Legibus.Vnde Amasis lex apud Aegiptios fuit,vt singuli quotannis apud prouinciarũ præsides demonstrarent vnde viuerent, teste Herodoto lib.2.qua in re si quis mentiebatur,vel iniusto quęstu viueret, morte mulctabatur. ex l.Solonis, vt ait Diod.Sic.lib.2. quod significat etiam Pithagoras, dicens, caue ne super modium sedeas, ideſt ne otiosè viuas,ob id Aegiptij etiam Piramides erexere, vt homines laborando otium vitarent, & Romani cum milites à militia vacabant,iubebant,vt foueis iaciendis, operam darent,& Adrianus Imperator dum pace potiretur, cum exercitu Galliam, & Germaniam sæpè adibat, ne otio ciues tabescerent.

Duodecimò, curare debet, vt executioni mandet, quæ sibi præcipiſitur in Cõstitutione nouel.7.8.& 13. Iustiniani,in qua supra dicta repetunt,& alia breuiter iunguntur, videlicet, vt is negotiationẽ non exerceat, tributa diligenter exigat, seditiones extinguat, causas

cum

cum æquitate cognoscat, breues causas, & viles sine scripto terminet, pauperum causas gratis cognoscat, diligens sit in procuranda rerum copia, & operibus ciuitatum, pontium, viarum, murorum, & portuum, vbi de fisco, vel ciuitatis vtilitate agitur ad Principem referat, nõ tueatur maleficos vi priuilegiorum, sed eos insequatur, & paucorum pœna alios terreat, & saluet; comites suos in officio cõtineat, quorum nullus illius voluntati dominetur, bono vtendo assessore, & eũ mutando, si rectè se non habeat, æquitate in bonos, & humanitate vtendo; Dum proficiscitur, suis expensis contentus publico stipendio, iter expediat, quod & qui cum assequuntur agant.

Decimotertiò, præfectus vrbi nemini salarium dare debet Principe inconsulto. l. vnica. C. de præbendo salario. lib. 10. qui, & de ponderibus, & mensuris curã suscipere habet, ne cui fraus fiat. ex l. Gratiani. lib 12. C. Theodos. tit. 2. & 6. & explicat D. Tho. loco cit. c. 14. cui & magis curæ esse debet, vt priuilegia ecclesijs cõcessa, maximè circa perfugia ad illa seruẽtur, vt inquit Chris. hom. ad Eutropium. l. fideli. & l. præsenti. C. de his qui ad eccl. conf. & ex l. Theodosij, & Valent. lib. 9. C. Theodos. tit. 34. Qui, & interuenire debet ludorum festiuitati quibus populus detinetur: sic tamẽ, vt duorum solidorum summam non excedant. l. 1 C. de maiuma. vel ingressu. lib. 11. & ex l. Honorij tit. 9. lib. 15. C. Theodos. cum in ijs multa soleãt mala perpetrari, vt ait Lact. lib. 6. c. 20. histrionum impudicissimi motus quid aliud nisi libidines docent, & instigant? quid de mimis loquar corruptelarum præferentibus disciplinam? qui docent adulteria dum fingunt, & simulatis erudiunt ad vera, quid iuuenes, aut virgines faciãt, cum & fieri sine pudore, & spectari ab omnibus libenter cernunt? &c. qui ideò curet ne quid obsceni ibi habeatur, & agatur cui, & curæ demum esse debet, vt omnia rectè, & ordine fiant, iuxta superius dicta, vt ciuitates

tates pacatè viuant, itinera, pontes, muri, &c. adaptentur, de annona prouidendo, & in grauioribus ad Principem referendo, expellendo ministros malè administrantes, leges seruando; & iustè, ac cum æquitate iudicando, & innocenter viuendo. ex Constitut. 24. 25. 26. & 82. Iustiniani Imperatoris, & declarat Plato lib. 5. de Legibus.

Is demum rationem reddere debet administrati regiminis, non discedendo per quinquaginta dies à loco administrati regiminis, quo tempore vnicuique liceat eos accusare si in aliquo deliquerint, coram successore, qui & in publicum per id tempus prodeant, quod & de eius ministris statuitur. l. 1. C. vt oēs iudices tam ciuiles, quàm crim. qui & vectigalium rationes expendere debent, & cogere vt quæ debentur, soluantur, vt inquit Plin. Traiano lib. 10. ep. cum respons. Traiani.

SVMMARIVM.

1 *Persona publica qua alia constituenda, præter Præfectum.*

2 *Magistratus qui, & quales esse debent, ac qua agere, & à quibus cauere, remissiuè.*

De alijs personis munera publica administrantibus. Cap. III.



ETSI Præfectus Vrbis tam amplas habeat habenas, vt omnium personarum publico munere fungentiū vices sustineat, attamen par erit, vt negotia facilius, & diligentius administrentur, officiū partiri, videlicet ædiles statuere, qui curam habent ædium sacrarū, & publicorum ædificiorum, vt dicit Varro. lib. 4. de ling. lat. & vt mensu-

1 *Persona publica q̄ alia constituenda, præter præfectum, earum potestas, & officium.*

rx,

ræ,ac pondera iusta sint, aliàs ea liceret ijs frangere.l. item quæritur.§.si quis mensuras. ff.loc.& maximè,vt res venales in foro sine vitio vendātur, qui & circa id ædicta proponebant. l.1.ff.de ædil.edict. qui,& deceptis emptoribus succurrebant. l.1.& 4. l.sciendum. l. redibere.l.cum autem.eod tit. & ne vetita vendantur, vt ait Suet.in Claud. Cæs. c.38. ad quos etiam curare spectat,vt annona abundans sit, & vt publica ædificia, pontes,viæ,& fines conseruentur, ius inter contrahentes decernentes,vt inquit Arist.lib.6.Polit.c.3.& Plato lib.6.de Legibus.& habetur in l.pen.ff.de via publ. ijdem curam quoq; habebant,ne incendia fierent.l.1. ff.de offic.præf.vig.& rei triticeæ præponebantur.l.2. §.deinde. ff.de orig.iur. quibus iuncti sunt præfecti annonæ,qui curent vt panis abundans sit,iustæ mensuræ, & bene conditus. l.munerum.§.qui annonam. ff. de mun.& hono. Præfectis quoque iuncti sunt iudices mercatorum, qui de plano, & æquitate non inspectis apicibus iuris eorum causas cognoscant,vt ait Bart.in l.si fideiussor. §.quędam, & in l.Quintus Mutius. ff. mand. Pręfecti ęrario,& eorum ministri, tributorum exactores,qui iustè, & & fideliter munus administrare debent.l.1.cum seq. C.de pręf.ęrario. & alij multi, de quibus supra in cap.de pręfecto,est dictū. Et quòd ad annonam pertinet,quę est omnis annuus fructus, qui ad victum pertinet, panem,vinum,& alia edulia, & pensiones,& salaria victus causa data.l.1. C.de frumen.vrb.constit.lib.11.l.1.l.iubemus. C.de erog.mil. ann.lib.12.l.1.& 10. de ann.ciu. C.lib.11.§.sic igitur. auth. vt iud. sine quoquo suffr. contra legē de annona ij faciunt qui fraudant annonā, vel malo dolo faciūt, vt carior fiat.l.1.& 2.ff.ad legem Iul.de ann. quive impedit merces inuehi.l.1. C.de nouellarib. lib.11. vel retardat.l.1. C.de frum.urb.constit.lib.11. vel si qui frumenta reseruata in alios usus impendunt.d.l.1. vel si pecunia ordinata causa emēdi annonam minuatur,

vel

vel in alios vsus conuertatur.l.2.C.eod. vel qui coemptas merces supprimunt, vel fructus nolunt vendere.l. annonam. ff.de extr.crim. vel qui falsa mensura vendunt.l.1. ff.ad legem Iul.de ann. qui tamen reseruant annonam, non vt carius vendant, sed vt Reipublicæ subueniant, vel sibi, non incurrunt hanc legem. d.l.1. cum nemo vendere cogatur, nisi instante necessitate, & relicto ipsi familiæ subsidio. l.nō est.ff.rerum amot. l.nullus. C.de Iudæis. l.inuitum. de contrah.empt.l. nec emere.C.de iure delib.vt Ioseph fecit Gen.41.hac lege piscibus etiam precium imponitur.l.1. C.de pretio piscis.lib.14.C.Theodos.& etiam alijs rebus venalibus, iusto tamen pretio. l.vnica. C.de pretio panis. lib.14. C.Theodos. non licet etiam ab ijs qui curam habent annonæ quicquam illius in alios vsus conuertere. l.2. ff.de admin. rerum ad ciui. & qui frumento arenam miscet, tenetur de corrupto. l.si seruus seruum. §.item si quis. ff.ad legem Aquil. pœna annonam fraudantium est duplex criminalis, & nummaria. l.1. ff.ad legem Iul.de ann.

2 Magistratus qui, & quales esse debent, ac quæ agere, & à quib. cauere, remissiuè.

Magistratus præterea, iudicesve à Principe sunt cōstituendi, qui eius vice iustitiam populis administrēt, malos puniant, & ius suum cuique tribuant, siue causas criminales, siue ciuiles dirimant, qui esse debent vitæ integræ, & probatæ, vt inquit Plato lib.3.de Repub. Iustitiæ amatores, constantes, & fortes, temperati, docti, & prudentes, ac vigilātes, alieni ab auaritia, & prauis animi affectibus liberi, ac ambitione, misericordes, iudicantes secundùm allegata, & probata, nec accipere debent taxas pro causis, si habent sufficiens stipendium, modo, vt ibi; & in alijs seruare debent ea quæ latè scripsi tract. de Magistratibus, qui, alio tempore, Deo dante, in lucem edetur, cum longissimus sit, & iustum ferè volumen requirat.

SVMMARIVM.

1 *Militare licitum est, vel bellare si legitimè fiat.*
2 *Milites vnde dicantur, & vt sint necessarij.*
3 *Militia quotuplex sit.*
4 *Milites qui esse possint, vel non.*
5 *A Militia cessare non licet.*
6 *Milites quotuplices sint, & vt distinguantur.*
7 *Milites quibus formulis sumebantur.*
8 *Militares leges, vel militaris disciplina apud Priscos quæ.*
9 *Milites quibus qualitatibus constare debeant.*
10 *Dux exercitus quibus præditus esse debeat, & quæ peragere in bello.*

De Militibus, & primò secundùm se. Cap. IIII.

1 *Militare licitum est, vel bellare, si legitimè fiat.*



OTANDVM, quòd Militare, vel bellum gerere debitis circunstantijs seruatis, est de se licitum; probatur Gen. 14. vbi Abraham bellum gessit, & parta victoria à Melchisedech benedictionem accepit, & est laudatus, vt ait Ambr. lib. 2. de Abraham. c. 7. & 8. & multi in veteri testamento bellarunt, & approbantur; sic in nouo testamento Ioannes Baptista approbat militiam si iustè exerceatur. Lucæ 3.

Ex Patribus August. ep. 5. ad Marcellinum. ser. 19. de verbis Domini lib. 22. contra Faust. c. 74. & 75. Ambros. lib. 1. offic. c. 27. & 29. dicens, in bellis seruari veram iustitiam, & habetur in cap. militare. c. quid culpatur. 23. q. 1.

Ratione probatur, nam Princeps potest, & debet iure naturæ iniustitias à subditis repellere, & eos iustè protegere,

protegere, ergo & bello id agere licet, cum opus est, nec alia ratione id fieri potest, vt ait. Aug. lib. 6. q. super Iosue. q. 10. cum finis belli sit pax, & tranquillitas Reipublicæ. 10. Eth. c. 7 lib. 7. Polit. c. 14. & 15. & docet D. Aug. lib. 19. ciuit. cap. 12. & dixi tract de Bello, modo, vt ibi.

Secundò, notandum. Milites dici à mollitie per antiphrasim, scilicet à duritia quam pro nobis sustinẽt. l. 1. § fin. de mil. testam. vel à multitudine, vel à malo, quod arcere solent, vt dicit Fest. de verb. sign. vel à mille, vt ait Varro lib. 6. de ling. lat. & eorum vsus Reipublicæ est necessarius, vt enim Magistratus ei sunt necessarij, vt Rempublicam intus à malis hominibus purgent, vt ciues tranquillam dègant vitam, sic milites, qui eam ab externis hostibus, & turbationibus purgant, & tuentur. *2 Milites vnde dicãtur & vt sint necessarij.*

Tertiò, notandum. Militiam armatam constare exercitu triplici, terrestri, pedestri, & classico, & dicitur exercitus à militum exercitio, qui habebant ordines quosdam, scilicet acies, Principes, & globos, in quibus milites certo ordine consistebant, acierum dux generales erant, antesignanorum, & postsignanorũ, quæ habebant sub se ordines distributos, vt ait Lazius lib. 4. comment. c. 1. Veget. lib. 2. de re miliari. His ita not. *3 Militia quotuplex sit.*

Primum sit dictum. Non omnes, sed quidam tantũ milites esse iure Romanorum poterãt, nam ciues Romani tantum milites fieri poterant, vt dicit Cic. pro Archia poeta; vnde Demosth. Olynt. 1. suadet Atheniẽsibus tutius esse ciues ipsos militare, q̃ per peregrinos id agi, quod & Polib. lib. 2. hist. comprobat, cum ciues fidelius, & acrius pugnent, exteri verò, vt qui sola spe premij mouentur, vel fugam arripiant, vel loca sociorum inuadant; nisi ij spontè accedant, & non pretio adducti, ac fideliter pugnent, qui sic probantur. l. 1. C. qui milit. poss. Nec etiam omnes ciues admittebãtur, ij. n. excludebantur, qui nullo modico vè censu, & ære *4 Milites q esse possint, vel non.*

censebantur, qui solum in tumultu maximo scribebantur, & familia, ac eorum res apud Rempublicam obsidis loco erant: vt inquit Gellius lib.16. cap.10. serui quoque militare prohibentur, ignorantibus, vel scientibus dominis. l.pen. C.de re milit.lib.12.l.2. C.eod. lib.12.de cohort.l. pen.& fi. C.eod.de diu.offic.& idẽ testatur Dio.lib.48.& Oros.lib.6 c.20.quandoque tamen serui sunt libertate donati, vt pugnarent contra hostem, vt dicit Liu.li.24.similiter militare prohibentur patientes status sui controuersiam, & redempti ab hostibus priusquam se luissent, vt idem ait lib.4.l.qui status. ff.de re milit. prohibentur etiam proditores, & transfugæ, qui capite puniuntur.l.proditores.eod. nec curiales, cohortales, decurionum filij. l.2.& 4. C. qui mil.poss.lib.12.nec coloni, aut saltuenses.l.3. eod, nec negociatores.l.vnica. C.negot.ne mil.lib.12. nec profugi, ad bestias damnati, in insulas deportati, exules, relegati intra tempus exilij, rei criminis capitalis, adulterij, vel publico iudicio damnati. l.qui cum vno. ff.de re mil. l.2.§.miles. ff.de his qui not. nec qui dixit parentes maleficos. l.1. ff.de obseq.à lib.& lib. nec poetæ, nec adolescentes ante decem & septem annos: vt inquit Suet. in Augusto.& Liu. lib.5. nec censibus obnoxij.l.1.C.de tironib.lib.12.l.fi.C.de vet.lib.12.& in lege veteri Deut.c.20,1.Machab.3.Iud.7.excludebãtur qui plantassent vineam nouam, vel domum constituissent, & vineam non fecissent communẽ, desponsati vxori ea non ducta, & timidi.

A Militia cessare non licet.

Secundum dictum. Non licet sine causa se, vel suos subtrahere militiæ, aliàs pater id faciens, exilio, & bonorum parte mulctatur, & filius in deteriorem militiam est dandus.l.4.§.qui filium.ff.de re mil. & etiam qui ad edictum non respondebant, in seruitutem redigebãtur.d.l.§.qui post desertionem; & qui monitus à suo comite ire neglexerit ad patriam defendendam, capitali pœnę subijcitur si hostis regionem vastat.l.1.de

ijs

ijs qui ad patriam defendendam ire neglexerũt.lib.3. legum Longob. quod & in vsum est inductum: teste Iouio lib.34 hist. & Ammia.Marcell.lib.15.& Valer. Max.lib.6.c.3.& apud Romanos lex erat,vt ciues Romani decennio militarent, vt ait Tac.lib.4.Ann.

Tertium dictum. Milites varijs nominibus vocantur, & inter se distinguuntur, alij enim ab ordinibus dicuntur Gregarij, manipularij, legionarij, triarij, & huiusmodi.l.fi. C.de milit.veste.lib.12. alij à diuersitate armorum,vt caligati, hastati,pilani.§.quisquis autem.auth.quibus modis nat.coll.6. Tibicines à tuba, classici,loricati,velites, vel expediti,vt dicit Aelian. in re milit. alij electi,perpetui,addicti,stationarij,ciues, suffulti,stipendiarij.l.1.§.fi. ff.de offic.præf.vrb. Legionarij, legio enim sex millibus constabat, signiferi, & alijs nominibus nuncupati; Rursus alij sunt imperantes,alij subditi, vt ait Liu.lib.8. ita vt quidam diceretur decurio decẽ millibus præfectus, & manipularis, viginti,vt ait Volaterr.lib.13. Vexillaris habebat milites centum octuagintatres,& cohors sexcentũ; Phalanx apud Græcos erat octo millia militum, vt dicit Veget.lib.2.de re milit.c.2.Ex quibus omnibus acies instruebatur, cujus erant variæ formæ, scilicet frons, subsidia,cuneus,orbis,globus,forfices,serra,.alæ, turres,vt ait Gell.lib.19. c.9. Alii præterea milites erant tirones in scholis militaribus artem discentes.l.2.C.de tironib.lib.12. nondum scripti inter fortissimos milites.l.ex eo.ff.de milit.testam. alii scripti in militia,alii immunes ab ea qui per viginti annos fortiter dimicassent. Alii voluntarii, alii inuiti. 6 *Milites quotupli-ces sint, & vt distinguantur.*

Quartum dictum. Ad militiam assumpti quibusdã formulis admittebantur: primò enim euocabãtur,postea describebãtur, tum sacramentum militare eis iniungebatur,& eis dabatur zona cum gladio,quod dicebatur militiæ cingulum,qui tunc priuilegio militari vtebãtur.Plin.lib.6.hist.& habetur in l.pen. ff.de mil. 7 *Milites quibus formulis sumebantur.*

testam. & postea in ordines distinguebantur, & stipēdia eis assignabantur. Iuramentum verò duplex erat, vnum quo Calendis Ianuarij singulis annis astringebantur, vt non facerent furtum per decem millia passuum soli, nec cum alijs, & strenuè se haberent, Duci verò iurabant se fortiter iussa facturos, nec militiā deserturos, idque vel pollicibus eleuatis, vel strictis gladiis, vel ceruicibus admotis, vt ait Liu. lib. 2. & 5. Dec. 3. & lib. 7. Dec. 1. Veget. lib. 2. de re mil. & strenui donabantur corniculis argenteis, torquibus aureis, cingulo, & balteo: vt dicit Cassiod. lib. 3. variar.

8 *Militares leges, vel militaris disciplina apud Priscos qua.*

Quintum dictū, Leges militares apud priscos multæ erant. Primò enim eis mandabatur, vt arma tātum tractarent alijs negotijs omissis. l. milites. 2. & l. militares. C. de re milit. lib. 12. vnde & si ea in prælio amittunt, vel partem eorum graui pœnæ subijciuntur, licet tironi facilius parcatur, nec postliminio reuertēti restituuntur, quòd turpiter sint amissa. l. 3. §. miles. l. qui cōmeatus. §. arma. ff. de re mil. l. 2. ff. de capt. & postl. reu. quod fecisse Epaminundam dicit Probus in vita eius. & mulieres Lacedæmonæ cum clipeum filijs euntibus in bellum darent, dicebant, vt redirent cum illo, vel in illo, & Marcus Catonis filius, cum in pugna contra Macedonas, gladium amisisset, in hostes irruit, & inter cadauera eum inuenit, ne in manus hostium deueniret, vt ait Plut. in Paulo Aemilio & Cabrias Atheniensis naui eius percussa, maluit in ea cum clipeo interire, quàm sine illo ad alias naues incolumis euadere, vt ait Aemil. Probus in eius vita. licet hoc fortè Christiani non sit, cum vitę conseruatio sit post animæ bonum rebus omnibus anteferenda, nisi ex eius conseruatione peccatum incurratur. Vnde & arma portare soli militi licet, rustico non, nec mercatori, nisi dum transit per prouinciam, quo casu gladium sellæ debet alligare, vt se tantum à prædone defendat, nec domi ea etiam habere licet, nisi ob causam venationis, itineris,

neris, vel nauigationis, vel commertij, aut hæreditatis. §.nemo. §.ad palatium. de pace tenen. in vsibus feud. l vnica C. vt arm. vsus inscio Princ. int. sit. lib. 12. auth. de armis. toto tit. coll 3. l. vnica tit. quorum vsus inter. est. lib. 15. C. Theodos. §. si quis rusticus. §. mercator. de pace ten. lib. 2. feud. tit. 27. l. 1. & 2. ff. ad legem Iul. de vi publ. Secunda lex erat, vt supra, ne quis militiæ se, vel suos subtrahat. l 4. ff. de re mil. Tertia, ne se dedat miles cui non debet, sub graui pœna pro eius dignitate. l 2 §. si ff. eod Quarta, vt milites obediãt præpositis, & eorum iussa exequantur, aliter desertoris subeant pœnam. l. 3 §. si præsides. eod. Quinta, ne prohibita à Duce faciant, sub pœna capitali, nec mandata omittant, etiam si res bene euenerit. d. l. 3. §. in bello. l. omne delictum §. contumaciæ. eod. quod seruarunt in filios Posthumius Tiburtius, & Manlius Torquatus, teste Valer. lib. 4. c. 2 lib. 9. c. 3. Plin. lib. de viris Illustr. Sexta, qui agmen excesserit, quandoque fustibus cæditur, vel militiam mutare cogitur, sic qui vallũ transcendit, vel per murum castra ingreditur capite punitur, si verò fossam transilijt, à militia reijcitur. l. 3. §. in bello. ff de re milit. l. fi. ff de rerum diu. Septima, quòd qui intulit manus præposito, capite punitur, vt si erga eum contumaciam, vel irreuerentiam exercet, vel ducem non defendit l. omne delictum. §. 1. ff. de re milit. l. 11. 12. & 13. in legib. milit. Iustin. d. l. omne §. contumacia. l. milites agrum. l. 13. §. irreuerens. ff. de re mil. d. l. 3. §. fi. & d. l. omne. §. fi. eo. l. 31. de leg. mil. Iustin. Octaua, vt seditionem non excitent, aliter pœna est capitalis, aliàs reiectio à militia, & qui commilitonem vulnerarit, si lapide, à militia reijcitur, si gladio capite punitur. l. 3. §. qui seditionem. ff. de re mil. l. 13. Iustin. & d. l. omne. § si quis commilitonem. de re mil. Nona, quòd nemo pullum alienum rapiat, auem non contingat, vuam non auferat, segetem nõ deterat, oleum, sal, lignum non exigat, annua sua contentus sit, & prædæ

hostium, non de lachrymis prouincialium gaudeat. ex Aureliano Imperatore, vt inquit Flau. Vopisc. in Aureliano. Nona, vt non distet ab auditu tubæ exercitus, aliàs pro hoste habebatur, vt ait Appian. Alex. in Lybico. Decima, vt qui de via in alienam possessioné deflexisset, fustibus, vel virgis subijceretur, vt ait Lamprid. in Alexandro Cæs. tex. in l. 3. §. sed qui agrum. ff. de re mil. Vndecima, quòd qui stationis munus relinquit, castigatur pro modo delicti, vel deijcitur à militia. d. l. 3. §. qui stationis. quod & de legione dr. d. l. §. fi. Duodecima, vt milites, & tribuni per possessiones non vagentur, sed remaneant sub signis proprijs. l. tribuni. C. de re mil. lib. 12. si verò tempore pugnæ, vel dum acies instruitur, statione, vel signo relicto fugerit, vel ex loco prosiluerit, cadaueris spoliandi causa, vel temerè hostes prosequendi, capite punitur. l. 22 in legib. mil. Iustinia. nec etiam licet à numeris ad alios numeros milites transferre, nisi ex publica vtilitate. l. contra publicam. C. de re mil. lib. 12. nec duci licet tempore belli commeatum militi dare passim, sub pœna capitali vtriq; inflicta. l. 1. C. de commeat. lib. 12. l. non omnes. §. 1. ff. de re milit. nisi paucis, & ad breue tempus, nec vrgente opposito hoste, & causis profectionis ante expositis. l. per hanc. § vt autem. C. de erog mil. ann. lib. 12. l. nemo miles. eod. & desertor grauiter punitur, qui per prolixum tempus vagatur, vel belli tempore à signis abiit, quibus proximus est, qui ad diem commeatus non venit, nisi iusta causa sit detentus. l. 3. §. desertor. ff. de re mil. l. 1. §. desertor. C. de desertorib. lib. 12. d. l. 3. §. si ad diem. & l. qui commeatus. ff. eod. l. 4. §. edictum. quæ causæ examinantur, & condonatur, si gratia pietatis parentum, & huiusmodi non venerint, vel ob infirmitatem. d. l. 4. §. examinatus. ff. eod. Desertor verò diuersè punitur pro gradu personæ, si solus, vel cũ alijs, si in pace eques deserit, militiam mutat, pedes pellitur, in bello vterq; capite punitur, & qui eum recepe-

ceperit in domo, vel agro eum celando. l. 1. §. desertor. C. de deserto. lib. 12. & bona fisco addicuntur. d §. ex indulgentia tamen Principis in insulam desertor quandoque deportatur. l. non omnes. cum seq. ff. de re mil. & hi pariter, qui non pugnant, aliis pugnantibus in proditorum numerum rediguntur, & infamia notantur, vt dicit Ammia. Marcell. lib. 25. & habetur in li. 1. legum Longob. tit. de malef. 6. quod, & asserit Cic. 3. Philipp. capitale id Francis fuisse, & apud Romanos desertores arguebantur, fustę cædebantur, vt dicit Polib. in 6. & si plures erant, sorte extracti cædebantur, vt supra, alii hordeo pro tritico vtentes extra vallum eiiciebantur, vt ibi dicit, si tamen desertor se offert, ex causa vitat pœnam desertionis. l. 4 §. edictũ. de re mil. post quinquennium tamen se offerens, deportatur, vel in militiam deteriorem mutatur. l. milites. §. desertorem. eod. tit. Transfugæ verò ad hostes, viui exuruntur, vel furca suspenduntur. l. si quis aliquid. ff. de pœn. vel ad bestias damnantur. l. 3. §. is qui. ff. de re mil. & à quocunq; possunt interimi. l. 3. §. fi. ff. ad legem Corn. de sica. si tamen armis resistant l. 2. C. de desert. lib. 12. quibus tamen parci potest si multos latrones apprehenderunt. l. non omnes. §. fi. ff de re mil l. quisquis. §. fi. C. ad legem Iul. maiest. l. 1 C. de iis qui se de erunt. Sic qui in acie primus fugit, inspicientibus militibus, ob exemplum capite punitur. l. omne delictum. §. qui in acie. ff. de re mil. vt & qui metu hostium, lãguorem simulat. d. l. §. exploratores. cum in bello non liceat bis peccare; sic pater qui filium debilitauit, vt inhabilis sit militiæ, deportatur. l 4. §. eum qui filium. eod & qui se impatientia alicuius doloris, tædii vitæ, morbi, vel furoris vulnerarunt, vel mortem sibi conscìuere, ignominiam incurrunt, vt pusilli animi, si verò ea nõ prætendant, capite puniuntur. d. l. omne. §. qui se vulnerauit. l. si quis. l. respiciendum. ff. de pœn. l. 1. & 2 de bonis eorum qui mortem sibi consciuere; Sic qui igna

nia flagitiosa delitescit, capite punitur, quod & duces ea dissimulantes incurrunt, & rectores prouinciæ in bonis puniuntur. l.1.§.fin. C.de desert.lib.12. Sic qui excubias palatii deseruerit, capite punitur.l qui excubias. ff.de re mil. pro modo tamen negligentiæ aliter puniuntur.l.milites l fi.de custod reorum. Vnde Epaminundas stationes circumiens, militem somno inuolutum interemit, dicens, qualem inuenit, talem se reliquisse, vt ait Polib.lib.6.licet id nimis seuerum sit; tribuni enim debent circuire excubias.l officium.§.fi.ff. de re mil.& testatur id in vsum inductum, vt tribunus qui stationes deseri passus sit, graui pœnæ sit subiect⁹. Valer.Max. lib.8.c.1. in quibus tamen omnibus clementia est vtēdum, & æquitate, nec à Christiano viro neces ab aliquo, nisi ex graui, & publica necessitate est sumenda, cum prædictæ leges ad terrorem sint inductæ tantum incutiendũ. & nimis seuerum videtur, vt ex leui causa quis interficiatur. Duodecima, vt abstineant à furtis, aliter vi id faciens, ibidē suspendio necandus. ex l.36.in legib.militarib.Iustin. & si ioco id facit, duplum reddere cogitur, & è militia deponitur. ex l.32.eiusdem, quod & duces incurrunt.ex l.43.eiusdem.cum debeant esse contenti suis stipendiis. Luc.3. nec viatores etiam pulsare, vt ait Herodian.lib.2. qui & relictis castris, nō debent se ad deprædationem, vel latrocinium conferre. l.fi. C.de desert.lib.12. nec subditos grauare.l.fi.§.erit autem.C.de re mil.lib.12.l.3. C.de erog.mil.ann.lib.12. qui & prædam ex hostibus diuidere non debent, aliàs viui cremātur.l.si quis barbaris.C.de re mil.lib.12.tametsi præda debeat diuidi inter milites, & custodientes etiā sarcinas. 1.Reg.30. vel danda Duci, qui pro merito eam diuidet inter milites; qui & animalia sua à pascuis publicis, & priuatis prohibere debent.l.2.& 3. C.de pascuis publ. & priu. lib.11. qui & iusta æstimatione res venales mercari debent, nil à dominis accipiendo, nisi spontaneis, & ea

sol-

foluendo, vel chirographis cauendo. Decimatertia, vt non ſtuprent virgines, vel puellas, aliàs naſus eis amputatur, & in tertia parte eorum bonorum condemnantur. d.l.36. Iuſtiniani. qui & ſcorta in aciem ducere non debent, vt ait Alex. ab Alex. lib.1. Genial. c.12. & Ariſt. lib.2. Polit. Decimaquarta, vt milites à locis vbi conſiſtunt non transferantur ſine Principis licentia; & dux cauſam Principi ſi vtilis ſit Reipublicæ habet inſinuare. l. milites. C. de offic. mag mil l. contra publicam. C. de re milit lib.12. Decimaquinta, vt nemo ob militem legendum, vel mittendum æs accipiat. l. eadem lege §. lege Iulia. ff. ad legem Iul. repet. Decimaſexta, vt ſocios mortuos ſepeliant, vt inquit Valer. Max. lib.9. c.8. Aliæ quoque leges ſunt ad arbitrium Ducis, cuius mandatum pro lege habetur ſub pœnis prædictis, & aliis. l.3. §. pœna. §. in bello. ff. de re milit. l. qui commeatus §. fin. eod. tit. & eas enumerat Alex. ab Alex. lib.2. Genial. c.13. & habetur in l.3. C. de re mil lib.12. l.1. C. de infam. lib. 10 l. ſed & milites. §. ſcribit. de excuſ. tutor. l.4. §. ignominia miſſus. ff. de re milit. quæ temperantur ob tirocinium. l.3. §. ſi plures. l.4. in fi. & l.14. de re mil. vel ſi ob vinum, laſciuiam, & huiuſmodi ſit erratum, vel ex miſeratione, qua vtî par eſt. l.6. §. per vinum. eod. l.4. §. qui filium. l. nõ omnes. §. qui in deſertione. l. milites. §. fi. ff de re mil. Vetatur etiam militibus ne prædia emãt in prouincia, vbi degunt, alibi eis id conceſſo. l. milites. l. milites agrum. ff. de re mil. & paterna ibi habentes vendere coguntur, ne ob eorum culturam à militia auocentur, domũ tñ ibi habere poſſunt. d. l. milites. qui nec cõducere prædia poſſunt. l. milites. C. locat. nec equum extra prouinciam ducere permittitur, nec ad opus priuatum, vt piſcatum, venatum, &c eſt mittendus. l. officium §. patronus. de re mil. cum & coloni militare prohibeãtur. l. fi. C. de mancip & colo. li.11. Nec debet miles curã ciuitatis arripere, vel munera perſonalia, aliter priuile

gijs

giis militiæ nudatur. l.militares. C.de re mil.lib.12.l. milites. C.de re mil.l.armatæ. C.qui pet.tut. qui nec artem ludricam debet exercere sub pœna capitali. l. quædam.ff.de pœnis. Alia multa ad hoc facientia videantur apud Tolos.lib.11.de Republ.cap.5.cum seq. quæ post hæc scripta vidi, & vt non necessaria relatu mihi visa, omisi.

9 *Milites quibus qualitatibus cōstare debeant.* Sextum dictum. In militibus plura requiruntur, vt laude digni sint. Primò enim in eis consideratur patria vnde orti sunt, vt non sit lasciuiæ dedita, & laborū intolerans, vt ait Curt.lib.7. & Tac.lib.1.& 3.Annal. sed laudantur, qui in locis asperis, maximè ex agricolis orti sunt, vt dicit Veget.lib.1.de re mil.c.3. & Cato.lib.1.de re rustica. vt qui sub dio, & in labore nutriuntur, Solis ardorem patientes, deliciarum ignari, simplices animo, paruo contenti, duratis ad oium malorū tolerantiam membris, quibus gestare ferrum, fossam ducere, & quodcunq; onus ferre consuetudo est, vt ibi dicit Veget. sic tamen, vt non sint piscatores, nec aucupes, qui procul arcendi sunt à castris, & sumēdi agrorum cultores, fabri ferrarij, carpentarij, & aprorū venatores, quibus labor non est insuetus, non locus asper, non armatus hostis formidolosus, assueti hieme, & estate pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam, & laborem tolerare, vt ait idem Veget.d.lib.1. cap.3. Sallust.in Iug. Cæsar lib.1.de bello Gall. & maximè qui locos saltuosos, & septentrionales, vel mari proximos incolunt, vt qui laboribus magis sint apti, vt ait Tac.lib.6.Ann. equites tamen possunt nobiles esse.

Secundò, ætas etiā conueniens in eis requiritur, vt scilicet eligantur ab anno decimseptimo vsq; ad quinquagintaquinq;, vt esse possint boni veterani ex longo exercitio, & facilius sit instruere nouos milites, quàm veteres reuocare, vt ait Veget.lib.2.c.23.& lib.3.c.10.

Tertiò, corpus conueniens in eis laudatur, de qua re præclarè idem Veget.lib.1. cap.6. ait; sit adolescens

Martio

Martio operi deputandus, vigilantibus oculis, erecta ceruice,lato pectore,humeris musculosis, valentibus digitis,longioribus brachijs, ventre modicus, exilior cruribus,suris,& pedibus, non superflua carne distentis,sed neruorum duritia collectis, nec magna statura laudatur,sed fortis.vt senos pedes non excedat,vt dicit Veget.lib.1.c.5.& mediocris cæteris magis laudatur,vt ait Liu.lib.7. remota obesitate, cum noceat velocitati, vt idem Veget.ait lib.1.c.4.& 6. & Tac.lib.2. hist. omnes tamen vsui esse possunt in bello, exigui corpore,tormento minori gerendo,mediocres maiori, proceres hastæ, quibus frænum disciplinæ relaxari non debet, ne fiant petulantes, & inobedientes, ac inde tumultuantes.

Quartò, requiritur in eis animus acer, præsens, & acutus,sagax,cũ audacia,vel fortitudine, & confidentia militari,quibus sudor,puluis,& huiusmodi iocunda sint,& nil metuant nisi malam famam, vt idem ait Veget.lib.1.c.7.& 8. Cic.2.de orat.Sallust.in Iug.Lucan.lib.1. non enim debet timere miles quantumuis superbos,nec ab eis fugere,sed illos adoriri, vt de Lutio Minutio, ait Valer.Max. lib.2. tit.de discipl.milit. & Sen. ad Lucillum. Generosos animos labor nutrit, nec sciunt timere sudorem.

Quintò,in militibus animi virtutes requiruntur,vt commendabiles sint, nempè castitas, vnde stationes militum castra dicuntur,quasi castrata,vel casta, quia inde abesse debet libido,quæ vires eneruat;vnde Deuter.23.mulieres castra ingredi prohibebantur; & Valer.lib.2.tit.de disciplina milit.refert,quòd Cornelius Scipio è castris duo millia scorta expulit,quo acto Numantiam solo æquauit; obedientia præterea in ijs requiritur,laus enim militiæ in obediétia pręcipuè consistit.c.summa,c.quid culpatur.cum seq. 24.q.1. vnde Manlius Torquatus ob inobedientiæ crimen proprium filium occidi iussit,vt ait idem Valer.d.tit. in quo tamen

men æquitas, vt supra est dictum, est adhibenda. Scientia præterea, vel experientia militaris in militibus requiritur. l. vnica. C. de castr. omn. palat. pec. lib. 12. cũ scientia militaris nutriat audaciam, vt ait Veget lib. 1. c. 1. & lib. 2. c. 1. & 24. & vsus armorum magis prosit, quàm vires, vt ibi dicit. Vigilantia etiam in militibus requiritur ne dormientes inuadantur ab hostibus. l. pen. ff. de offic. præf. vig. vt Macrobius Carthaginensium dux Afirios, vino & mandragoris inebriatos, interemit. Patientia etiam in militibus requiritur in aduersitatibus, & malis belli, vt tolerantia sitis, famis, frigoris, caloris, vulnerum, & huiusmodi, æquo animo tolerandis. l. vnica. §. 1. C. de caduc. toll. & probat Cic. lib. 2. Tusc. q. Fortitudo etiam in militibus requiritur, quæ facit hominem stabilem, & cõstantem in arduis, vt habetur in cap. de fortit. ciuis. & propriè militi congruit, cum in periculis mortis assiduè versetur. tex. in l. fortissimi. C. de erog. mil ann. lib. 12. Strenuitas etiã in milite requiritur, quæ eum audacem reddit, vt pro gloria Dei, non vereatur mortem subire, vnde etiã bonum nomen acquirit, quod sine termino durat. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad legem Aquil. & talis dicitur semper viuere. d. l. Deuotio etiam in militibus requiritur. l. tam collatores. C. de re milit. deuota enim oratio plurimum valet ad fortitudinem, quæ de cœlo est 1. Machab. 3 & 11. vnde Ionathas post orationes hostes in fugam vertit. d. c. 11. & dum Moyses ad cœlum manus eleuans orabat, vincebat populus. Exodi 17. Disciplina præterea militaris militibus summè est necessaria, vt scilicet mulieres procul ab exercitu absint, & impedimenta, vehicula superflua, & milites in armis exerceantur, duci ad nutũ obediant, feroces in hostes sint, in ciues humani, & huiusmodi præstent de quibus hic. Fidelitas etiã in militibus requiritur, cum primum fundamẽtum iustitiæ sit fides: vt dicit Cic. lib. 1. offic. & maximè in militibus requiritur,

ritur,vt ait Veget.lib.1.c.2.de quo dixi sub cap.de Fidelitate ciuis. Perseuerantia etiam in militibus requiritur, cum decoratus prædictis virtutibus nõ sit reportaturus victoriam, nisi in ijs perseuerauerit. Vnde Romani,qui contra Carthaginenses in bello perseuerauerunt, eos penitus deleuerunt. Charitas etiam mutua in militibus requiritur,aliter desolabuntur, quod etiam conuenit,cum socij sint,& maior eis insit societas,quàm inter eos qui sunt eiusdem familiæ.l.militẽ. C.de procurat. sibi inuicem auxilium præstando. Sapientia etiam in militibus requiritur, cum vir sapiens & fortis sit.Prouer.24. & fortitudo valdè destituatur, nisi per consilium solidetur,& parua sint foris arma,si non est domi consilij,vt ait Cic. 1.de offic. & turpe sit militi dicere,non putaram,& non viribus,aut velocitate corporis res magnæ gerantur,sed consilio, authoritate,& scientia, vt idem dicit lib.de senectute; vnde Alexander victorias magnas obtinuit, quia cõsilio gubernauit exercitum;quod & probat Hom.lib.2.Iliad. Nestoris consilium plurimum Græcorum profuisse victoriæ. Vltimò,fœlicitas facit milites commẽdabiles, vt ait Veget.lib 3. de re milit. in princ. quæ prouenit vel ex virtute animi,diuitijs,rerum cognitione, & huiusmodi, vel ex diuina permissione, aut prouidentia, qui laudantur etiam si habent cicatrices in facie ex vulneribus in prælio sibi illatis remanentes, quòd signum sint virtutis bellicæ. Et cum milites triplicis sint speciei,subditi, externi sub mercede conducti, & auxiliarij à Principe amico,eius expensis in auxilium missi,primi ex his pluris faciendi sunt. Demosth.Philip.11.nu.6.Polib.lib.6.nu.24.cum ij magis Principẽ ament,nec timor sit, vt ab inimicis corrumpantur, & se magis norint,vt inquit Tucid.lib.1.nu.77.post quos mercenarij plures faciendi sunt,cum ob stipendia magis Principi deuicti sint, auxiliarij verò pro libito recedere possunt, & sæpè id agunt in maioribus angu-

stijs,

ftijs, vnde Romani, & Macedones proprijs militibus imperia adepti sunt. Polib. lib. 11. num. 12. qui proprij eligi debent, vt supra, & in armorum exercitio instrui, ita vt sonitum tubæ norint, timpani, & signa bellica, & acies instruere, & dissipati reuniri sciant, progredi, dimicare, aggredi, & protegere, & equites agiliter equũ insilire, & illum regere. Xenoph. de discipl. eq. num. 2. qui ducibus obediant, à potu, cibo, & somno, abstinere sint assueti, ac libidine. Plato. lib. 12. de legib. nu. 4. & inter milites veterani qui diu militarũt sunt pferendi, vt & si exercitus ex subditis sit, satius est, vt diuersis constet nationibus, ob æmulationem qua dimicãt, & æquè Principi sint fideles, ob bona vxores, & liberos quos ibi habent, sed si mercenarijs, auxiliarijsve constat, satius est, vt ex vna tantum natione constet; sic enim magis inter se conueniunt; vt & satius est exercitum constare immenso numero militum, quàm mediocri, vt in arcibus eius pars locari possit, & hostium vrbes expugnari valeant, in prælio verò ineundo, satius est mediocris numerus, quàm immensus, sic enim facilius nutriri potest, aptius dirigi, & in obedientia continèri, vt & exercitus constans solis peditibus, equitibus tantum constanti est præferendus, nisi vbi adsunt campi deserti, & flumina longe inuicem distant, cum equites promptiores sint ad sibi consulendum, & pedites ab ijs cingi possint; qui verò peditibus simul & equitibus constat, ei qui altero tantum ex his constat, est præferendus. Xenophon Pædiæ Ciri. lib. 4. nu. 4. & lib. 5. num. 33.

10 Septimum dictum. In Duce exercitus multa requiruntur. Primò, scientia rei militaris, quæ acquiritur per solertiam, vigilantiam, assiduitatem locorum, doctrinam, & lectionem librorum de re militari, per quã sciant milites instruere, & hostes opportunè aggredi, castra mouere, ea vallo, & fossa munire, vigilias crebras ponere, & eas per se circuire, ne quis ordinẽ egrediatur,

Dux exercitus quib. præditus esse debeat, & q̃ perage re in bello.

diatur, nosse diligenter quid hostes agant, scire quomodo acies instruenda, qui vrgendo, trahendove bello modus, quomodo castra expugnanda, vel propugnanda, & in rebus ambiguis, & repentinis, quod capiendum consilium, qui & milites amet, nec eos temerè periculis exponat, erga externos maximè humanitate vtendo, & erga peccantes nimia indulgentia, vel seueritate non vtens. Xenoph.lib.6.nu.6.

Et in summa, prima cura à Principe sumenda est in bono, & perfecto duce eligẽdo, cum tali nil rarius inueniatur, vnde Philippus Macedo mirari se dicebat, quòd Athenienses quotannis nouos Imperatores eligerent, cum is in tota vita nullum ducem bonum, nisi Permeniona inuenisset, qui & dicebat præstantiorem esse exercitum ceruorũ imperante Leone, quàm leonum duce ceruo, & Cæsar cùm iret in Hispaniam contra Petreium, dixit non magni se eum facere, quòd is iret ad exercitum sine duce, & ideò quo difficilius est bellum, eo magis curandum, vt superior, vel saltẽ par hostium duci dux quæratur, qui non minor sit annis triginta, nisi virtute multum præstet, in quo sit sciẽtia rei militaris, virtus, authoritas, & fœlicitas, labor in negotijs, fortitudo in periculis, industria in agẽdo, celeritas in conficiendo, & experientia, vt Cic. ait orat. pro lege Manil. ingenio præstans, cautus, & prudens, constans, & fiducia repletus, quæ prosunt ad victorias comparandas, vt dicit Valer. lib 3. c.7. noscens varijs modis milites ad bellum excitare, & confirmare, leuibusq; certaminibus eos exercens, ne nouum bellum suos, id verò hostes terreat, vt ait Liu. lib.7. qui non temerè cum hoste confligat, & optimè res hostium cognitas habeat, non tamen transfugis temerè credens, qui & ad omnia aspera se ducem præbeat, sic tamen, vt in periculis cautè versetur. Qui sic inuentus, vnus exercitui præfici debet, ac continuus, cum libera potestate, qui tamen à Principe ante non fit electus, vel igno-

ignominia, vel damno affectus.

Secundò, requiritur virtus, vt primus sit in agendo, & præliando, vt ait Liu. lib. 7. & ei adsit sapientia in consulendo, consilium in prouidendo, industria in agendo, celeritas in cõficiendo, labor in negotio, & fortitudo in periculis, humanitas, modestia, suauitas, facilitas, vt à militibus ametur, temperantia, innocẽtia, castitas, fidelitas, quæ acquiruntur ex dignitate, & bonis moribus, & iustitia, vt inquit Cic. pro lege Manil. & præstet ingenio sagaci, vt norit hostibus insidias tendere, & ab eis motas vitare. Xenophon lib. 1. Pædiæ Ciri. nu. 59 & curet nosse naturam Ducis aduersi, sic enim viam discet qua eum superare valeat, vt dicit Polib. de Annibale, lib. 3. nu. 39. & in eo etiam liberalitas adsit qua milites alliciat. Xenoph. de discipl. n. 43. & facundia in persuadendo. idẽ lib. 2. Pæd. Ciri. n. 22. ac norit arcana celare, ne ab hostibus resciantur.

Tertiò, requiritur authoritas, quæ multum valet ad bella administranda, quid hostes, quid socii de Imperatore existiment, vt ait idem Cic. loco cit. quæ acquiritur ob virtutem, corporis formositatem, dignitatem, honorem, potentiam, diuitias, nobilitatem, fœlicitatẽ, humanitatem, clemẽtiam, & alias virtutes, de quibus supra, ea enim in officio milites Dux continet, vtendo pro tempore seueritate, cum mitiras viles reddat, quæ tamen cum comitate sit iuncta, & Dux cum eis corpus exerceat, cultu corporis parum ab eis differens, & inopibus, ac saucijs necessaria ministret.

Quartò, requiritur prouidentia, vel prudentia bellica, qua nullibi se committat euentui, nisi quatenus necessitas cogat, vt ait Liu. lib. 22. cum oporteat ducẽ magis respicere, quàm prospicere, cum præliorum delicta emendationem non recipiant, nec liceat in bello bis peccare, vt inquit Veget. lib 1. c. 13. & temeritas, prætorquam ꝙ stulta est, sit etiam infœlix, vt ait idem Liu. d. loco. & melior sit Dux circumspectus, quàm nimis

nimis audax, vnde nimia audacia Demetrij Regis eius perditionis causa extitit, vt ait Polib.lib.3.n.13.51. & Minutij, ac Terentij Varronis Ducum Romanorum, vt inquit Liu.lib.2.Dec.3. nu.30. & ideò Dux mediũ tenere debet inter timorem, vel cautionem, & nimiam audaciam, vt dicit Plato lib.9.nu.4. qui tamen non sit nimis timidus, cum id afferat maxima damna. Polib. lib.3.nu.40. paratus magis mori, quàm locum relinquere, vbi id in publicum bonum cedit, vt idem Plato ait lib.3.de legib.nu.7. Polib.lib.6.nu.14. & si duo duces extent, vnus nimis audax, alter nimis cautus, primus est eligendus, vbi Princeps hostes aggredi vult: secundus, si se tantum tueri vult, & defendere, vt solét esse, vt plurimum senes, & experti duces, nimis audaces iuuenes, & inexperti, qui & geometriæ, ac arithmeticæ, peritus esse debet, vt norit acies instruere, ac diuidere, situs opportunos capere, castra metari, & huiusmodi, vt idem Plato lib.7.de legib.dicit.nu.7.& 8. & Polib.lib.9. num.17.

Quintò, requiritur fœlicitas, quæ est à Deo, vt supra est dictum; & qui est præstátior cæteris in Ducem est eligendus.c.licet.8.q.1. & qui ante fuerit miles, & in dubio debet eligi magis de Regno Principis, quàm extraneus, & qui assidue militauit, & maiora stipẽdia obtinuit, est præferendus, & vbi differentia sunt merita, spectatur primò fœlicitas, tum sciẽtia rei militaris, tertiò, virtus, vel præstantia, quartò, authoritas, quintò, dignitas, & honor, sextò, ætas, & tempus, septimò, nobilitas, octauò, natio, vel origo, nonò, diuitiæ, vt scilicet is eligatur, qui pluribus qualitatibus ex his pollet, vel potioribus, qui etiam plus proficiet apud suos milites comitate, quàm morum asperitate, nec lentus sit in deliberando, vbi maximè facto opus est, & in rebus asperis fortissima consilia sequatur.

Sextò, ad Ducem alia etiã requiruntur, nempè consilium, vt supra, cum eo plura quàm vi perficiuntur, vt

ait Tac.lib.2.hist. & Imperatoris sit non minus consilio, quàm gladio superare, vt dicit Cæs.lib.1.com.bell. ciu. occasionem in primis obseruando, quæ in rebus bellicis maximè valet, & magis quàm virtus, vt inquit Veget.lib.3.c.26. sic armatus intendendo, ne suæ occasioni desit, nec suam hosti det, vt ibi dicit c.28. & curando, vt bona sui fama uigeat, maxime sub initio, cū primis euentibus metus, uel fiducia gignatur, ut ait Tac.lib.12.13.Ann. sic tamen, ut aduersarij potētiam ex fama non timeat, sed tantum ex iudicio, qui dum adhuc res integræ sunt, ne minimum quidem de maiestate concedat, ne patientia, & modestia hostes fiant feróciores, & necessitatem pugnandi suis militibus imponat, hostibus remittat, qui & exercitus consilia non sequatur, cum militibus cupido pugnandi inesse debeat, at Duces prouidendo, consultando, & cunctationes sæpius, quàm temeritate prosint, ut ait Tac.lib.3. hist.& malè imperetur cum uulgus regit Duces. Qui, & securitatem fugiat, cū nemo celerius opprimatur, quàm qui nihil timet, ut dicit Vell.lib.2. & contemptus hostis cruentum sæpè reddat certamen, ut Liuius ait lib.21. Vnde omnia inquirenda, & excutienda, nec confidat hostium dissensioni, cum ciuium contentiones cessent, ubi hostes foris sunt, qui tamen suorum seditiones comprimat, proprios, & hostiū exercitus, locorum situs, & naturam regionis noscendo, ut idem dicit lib.22. cū is difficilè uincatur, qui de suis, & aduersarij viribus potest iudicare, ut dicit lib.3.c.26. & maximè noscendo naturam Ducis, vt supra, & hostiū, quidam enim primo impetu feroces sunt, mox languescunt, ut ait Liuius lib 7.& Tac.lib.12.Ann. nectendæ etiam moræ, mutandi loci, & sic hostes separandi, ut ibi dicit, & Veget.lib.3.c.9. & pugna nunquā temerè ineunda, cum ibi de summa rerum, & existimatione agatur, unde Paulus Aemilius dixit, prælium collatis signis non ineundum, nisi ex necessitate, uel occasione

oblata,

oblata, vel cum maior emolumenti spes, quàm damni metus ostenditur, vt dicit Suet. in eo. c. 25. cũ incertus sit exitus pugnæ; vnde lentè agendum est maximè aduersus hostem quem tempus deteriorem in dies, & locus alienus facient, vt ait Liu. lib. 7. cui nullæ ibi vrbes sint, vt idem dicit lib. 22. pugna tamen quandoque ineunda, sed cõsilio, & iudicio, si res eius in arcto sint, nec commeatum, supplementum, vel pecuniam habeat, vt ait Tac. lib. 2. hist. Liu. lib. 22. vel hosti superuenturæ sint copiæ, vel timor subest ne à proprijs militibus deseratur, aut amicis, vel nouit hostem territũ esse, & seipsum timere; vel veretur ne proprij milites, nõ dimicando, animo despondeant, vel viribus hosti præstat, vel multũ acquirere potest, vincendo, & parũ amittere, pugnæ iacturã faciendo. Deo desuper prius inuocato, & militibus sanctissimis sacramẽtis refectis, spe in Dei auxilio collata. Vel etiam si propria pars sit potior, quod est diligenter cognoscendum cõsilio adhibito, proprias, & hostium copias cognoscendo, & si in multis rebus se superiorẽ agnoscat, ne differat conflictum, vt dicit Veget. lib. 3. c. 9. aliter res temerè euẽtui non sunt committendæ; nõ spernenda etiam signa apparentia, & somnia, modo nõ sint superstitiosa, sed diuinitus immissa, ijs tamen facilè nõ est credendum, nec insistendũ. Videndum etiã quomodo pugnetur, captando tempora, vt imparatis, cibum capientibus, in itinere lassis, equos pascentibus, & nil tale suspicantibus superueniat, si bellum sit iustum, cum boni Duces, non aperto Marte, vbi est commune periculũ, sed ex occulto semper attentent, vt ait idem Veg. d. lib. 3. c. 9. & 23. sic enim sui audent, alij trepidant; vt tamen occasio momento non omittatur, vt idem dicit lib. 25. in necessitate tamen, vt supra, ei est inseruiendum. Locus etiam considerandus, an hostibus, vel sibi sit commodus, loci enim opportunitas plus valet sæpè, quàm virtus, vt idem dicit lib. 3. c. 9. & 26. vt si equitatus sit,

campi aperti inueniantur, si pedite certatur, loca angusta eligenda, fossis, paludibus, vel arboribus impedita, vt ibi dicit, nisi pedites sint hastati, tunc enim cāpus liber eligendus, & quandoq; expedit milites non fidere locis, vt quòd non propè sint mœnijs, sic enim acrius dimicant, cum nulla sit spes effugij, vt ait Tac. lib 2. Ann. & 3. hist. Acies etiā est rectè instruēda, quod plurimum iuuat, & èconuerso, vt dicit Veg. lib 3. c. 14. ita vt equites cum curribus in principio sint, à tergo flos, & robur belli, in medio ignaui, vt etiam nolentes pugnent, sic tamen, vt electissimos ex peditibus, & equitibus habeat dux post aciem in subsidijs præparatos, vt idem dicit lib. 3. c. 17. & quasi in insidijs, quia sic superueniūt terribiliores hosti, quia inopinata terrēt, vt ibi dicit c. 26. vt repentinus clamor, vel aspectus sæpè fuget exercitum, cum oculi, & aures primi cuncta excipiant, vt inquit Tac. de morib. Germ. expedit etiā aciem per nationes distingui, vt contentione decertēt, cū sic fortes, & ignaui cernantur, vt idē dicit li. 3. hist. ita vt exteri, & mercenarij proximi sint discrimini, eos tū tuendo, vt idē ait in Agric. qui, & primus debet instruere aciem, sic enim pro arbitrio eā instruit, & animus suis additur contrarijs minuitur, cum plus animi sit inferēti periculum, quàm propulsanti, vt Veget. ait lib. 3. c. 18. Liu. lib. 28. qui & debet ardorem animi vultu, & oculis præseferre, ꝙ sic suis animus augeatur, & èconuerso ex tristi vultu minuatur, & ad fugam pareatur, vt ibi dicit c. 22. eos verbis excitando, quòd timidi mortem subeant, audaces eam effugiāt, & audacia pro muro habeatur, vt dicit Liu. lib. 22. & spe victoriæ, & honesti, ac præmij eos cōmoueat. In prælio si sui inclinant initio, nō diffidat Dux, cum sæpè id eueniat quibus victoria debetur, non omittendo aliquod officium constantis Ducis, & fortissimi militis, vt inquit Tacit. lib. 3. hist. cedentes retinendo consilio, manu, voce, suis conspicuus, & hosti terribilis. Si sui vincunt, cohi-

beat

beat eos, nec nimis diffundat, sæpè enim fusa acies disperſim ſequentes interimit, vt ait Veg lib. 3. c. 25. cum ex deſperatione animus creſcat, vt ibi dicit; & neceſſitate compulſi pugnent; ſed via hoſtibus, qua fugiant, munienda, vt idem Veget. dicit cap. 21. qui & à præda ſunt cohibendi, vt inquit Tac. lib. 4. hiſt. dum pugnāt, niſi ea conſummata, aliter ſæpè vincentur vincentes, quod fiet ſi ante diem prælium incipiatur, & Dux iubeat, vt nemo prædetur; vel, & tutius, vt omnes ei prædam conſignent; quam is poſtea inter milites pro eorũ meritis diuidet, dando aliquam eius portionem ijs etiam qui ſarcinas cuſtodierunt, vt ibi dicit, & Polib. lib. 10. nu. 15. Quòd ſi Dux occidatur, præſentes id celent, & corpus abſcondant, ne milites animo deſpondeant, quod ne cõtingat, fortiſſimis exercitus ſtipatus incedat; Quòd ſi in prælij initio proprij milites retrocedant, id indicet Dux eius iuſſu effectum, quod & fiendum ſi qui ex ſuis in prælio ad aduerſarios diuertant, curans, vt & hoſtes id norint; vt & ſi Dux initio terga vertat terrore correptus, id ſtudioſe effectum indicetur. Et in ſumma, in prælijs iuſtis Dux quamcunque prærogatiuam procuret, & ſuperioritatem, quod fit ſi vigilantes tota nocte hoſtes armatos detineat, ſigna bellica pulſando; vel primo mane proprios milites, vt præliaturos diſponendo, qui iam æſerint, ſic .n. ieiunos fatigabit. Liu. Dec. 3. lib. 8. nu. 9. vt & ſitum altiorem eligere debet, vt maiori impetu inimicum opprimere valeat; & ſi præſtat numero militum, locũ ſpatioſum eligat, vbi eos extendat, ſi minorem obtinet, locum anguſtum ſecernat. Liuius lib. 5. Dec. 1. qui & ſic ſuas copias extendat, vt à tergo Solem, & ventum habeat, qui facies hoſtium conturbent; qui & ſi præſtat armis, quibus propè certandum eſt, quàmprimũ quærat cum hoſte cõiungi, vbi inferior eſt ijs quibus procul certatur, vt & prodeſt ſi dum certatur, vox ſpargatur, quòd Dux hoſtium occiſus ſit, vt & prodeſt vocẽ

emittere, quòd copiæ sibi superueniãt, & magis si gentes inutiles exercitus iubeantur, vt à longè cum arundinibus in manibus detentis, se prodant, sic enim hostes terrentur, & eo magis si copiæ sint veræ auxilij superuenientis, vt ait Xenoph. de discipl. Qui, & si proprij milites seruãt vigorem in initio prælij inceptũm, primus aggredi hostem debet, si secus, si præliandũ est cum hostibus, qui in initio tantum vigorem seruant, satiùs est eos expectare, quòd si pares sint naturæ, potius est eos aggredi; & idem dicendum si hostes sunt animi pusilli, & armis paucis muniti; sic tamẽ, vt proprij milites ita à longe aggressum non incipiant, vt acies dissipent, & vigorem amittant, acies disponendo, modo, vt supra, eum tamen ordinem variando quandoque prout expediens videtur, pro diuersitate situs, & armorum, quibus est dimicandum, & numero militum, & hostium qualitate; Vnde Dux, qui hastis vtitur, aciem densam, & crassam instruere debet, curans, vt omnes hostes à fronte aggrediatur, cauens ne in loco aspero, & inæquali, angustove dimicet, sed plano, & aperto, vt ait Polib. lib. 17. maximè si cũ hoste pugnat, qui armis breuibus, & magni ictus vtatur, & vndique armis cincto, sic enim si vniti dimicent hastarum cuspidibus aciem hostium facilè penetrabunt, & eam dispergent; cauens tamen ne exercitum tergo fluminis ripæ vicinum aptet, ne si ei pedem referre opus sit, in flumen decidat, quòd si peditum numerus inferior numero hostium sit, ordines exercitus raros extendat, vt hostem terreat, ne se aggrediatur, si equitum numerus verò minor sit, densos eos accommodet, sic enim ob equorum magnitudinẽ maior numerus videbitur, vel famulos cum arũdinibus, cum militibus misceat, quæ tamen agenda sunt dũ hostes procul sunt, ne fraudem agnoscant, qui si, hoc non obstante, accedant, aciẽ vniat, & curet vt à fronte tantum expugnari valeat, si situs id patitur, nec à lateribus cingi se patiatur, vt idẽ

dicit

dicit; Xenoph.de discipl.n.30. Quòd si Dux præstet numero militũ, eos magis quàm fieri potest simul vniat, vt minor numerus videatur, equites verò in plures acies dispergat, iubens, vt primi lanceas erectas detineant, posteriores demissas. Xenoph.de discipl.nu.32. & tunc cum est præliandum, acies extendat, curans, vt vndique hostem cingat, cauens tunc ne in loco angusto aciem extendat, sic enim beneficiũ maioris numeri amittet. Xenoph.ibid.nu.52. cum in locis angustis eque pauci, ac multi polleant; Quo verò ad ordinem aciem instruendi, id est variandum, prout hostis suos variabit, si enim ille fortiores milites in cornubus collocabit, is etiam idem præstet, & si in corpore, idem agendum; debiliores in loco tuto ponendo, & si ignóretur quid hostis agat, tutior via est, vt fortiores in medio, & debiliores in lateribus collocentur; Quòd si Dux hostes à duobus lateribus ante se habeat, aciem suam bifrontem instruat, vt cum vtroque absque confusione dimicet. Polib.lib.2.nu.6.& 7 & dum manus conferendæ sunt, aciei forma non est mutanda, ne exercitus perturbetur. Xenoph.lib.6. Pædiæ Ciri.num.8. vt & cauere debet, ne dum pugnatur, ordines mutet, vel si hostes fugam arripiunt, vt supra, ne absq; ordine eos insequatur, ne vniti resistentes confusos vincant, vt sæpè contigit, vt ait Tucid.lib.2.n.65.& lib.7.n.6. quę semper intelliguntur, dummodo bellum sit iustum.

Obseruare verò summopere Dux debet, vt milites armis tum defensiuis, tum offensiuis optimè sint instructi; Vt scilicet pedites, quòd attinet ad arma offensiua, galeis, & loricis ferreis, quæ brachia, pectus, caput, & coxas tegãt, muniti sint, quæ tamen ij tantum, qui hastis, vel sarissis vtuntur, deferant, alij enim galeam tantum deferant: Equites grauioris armaturæ, totum corpus etiam cum facie contegant, & totum equum, leuiores verò pectus tãtum, brachia, & caput, armis quoque leuioribus vtentes; Quod verò ad of-

sensiua attinet, frequentiori in vsu sunt tormenta muralia,& minora, arcus, sarissæ, & enses ad vsum peditum,pro equitibus verò hastæ,& enses; Ex quibus tormenta muralia parũ prosunt, nisi ad vrbes expugnandas, minora verò ad insidias hosti tendendas, locum aliquem custodiendum, transitum fluminis hosti impediendum,vt & prosunt in pręlijs ineundis,iis enim iam cœptis parũ prosunt, nisi ab hoste studiosè se circumcingi quis curet, sic enim prosunt, vt & muralia tormenta,enses,& pugiones cum clipeis vtiles sunt ad aggressiones ineundas,& sarissæ, pugiones,& enses in prælijs apertis,& hæc arma cęteris sunt vtiliora;dummodo hastati galeas, loricas, pectus,& brachia,& coxas tegentes,habeant,& enses breues, acutos, & validos,quibus cædendo,& pungendo ferire possint, vt & expediet clipeum deferre, quo propè venientes hastis confractis,se tueri valeant; Equites quoq; præter lanceas, enses magni ponderis habeant, sed breues, ut & tormentis uti poterunt, breuibus tamen.

Is quoque,ut insidias hostis deuitet,cautus,& uigilans esse ualdè debebit, semper suspicando cum quid inconsuetum eius naturæ peragit, uel numero militũ quos habet, ut si numero militum inferior uult dimicare,uel fingit se minorem militum numerum habere quàm habeat,ut ait Liu.lib.5.Dec.1.lib.2 Dec.3. Vel si uidet hostem animalium, uel aliæ prædæ ei copiam facere,dum in tuto eã deberet reducere; qui & ut nocturnas aggressiones euitet,uigiles habeat intra,& extra urbem,uel castra; intra extantia sæpè reuidendo, & milites emittendo qui explorent quid hostes agãt; Qui, & in urbibus muratis duplices portas disponat, unam ab alia remotam,& fortissimas, à quarũ una ad aliam uia retorta,& sinuosa sit gressus, ianuis quoque pontes pensiles, & minores quoq; graues adhibendo, qui facile deprimi,& eleuari ualeant;Et ubi sentit hostes accedere,ita milites disponat,ut omnia latera una-

tem-

tempore custodiant, etiam quæ difficilioris aggressus existunt, vt totam ciuitatem curet, non partem, ne aliæ desertæ relinquantur, vt ait Cic. lib. 1. offic. l. bello. ff. de excus. tut. Qui, & vt diurnis aggressionibus obuiet, fortes vigiles in portis, & extra detineat, emittẽdo exploratores, qui inspiciant an prope adsint hostium insidiæ, & interim põtem maiorem eleuatum detineat, minorẽ verò demissum, donec exploratores redierint. Qui, & vt euitet insidias militum alieno habitu indutorum, obseruet diligenter vrbem ingredientes an armis sint cincti, nec plaustra admittat, nisi prius hastis tentarit an intrà fœnum, vel aliud milites lateant, & vbi flumen per mediam defluit vrbem, pontibus duplicia instrumenta eleuanda, & emittenda aptet, quorum vnum tantum, vnaquaque vice eleuet; vt & petardi vsus cauendus, qui portas frangit, vbi ad eas accessus adest, si enim fouea, & pons pensilis sit intermedius, vix vsui esse potest.

Nec minus studium strenuus quoque Dux adhibere debet, vt norit tuto castra metari, ne periculum aliquod exercitui occurrat, maximè si in eodem loco, vbi hostis adest, sint castra metanda; Vnde curet strenuus Dux, quoties id est agendum, & præsertim si diu ibi est permansurus, vt seligat locum qui cœlo salubri fruatur, & aquis fluentibus abundet, stagnantibus remotis, nec inundationibus sit obnoxius, ne milites infirmentur, vt ait Xenoph. lib. 2. Pæd. Ciri. n. 43. Veget. lib. 1. c. 22. & ne exercitus deleatur, & vbi commeatus aliaq; necessaria non impediãtur. idem Xenoph. lib. 6. Pædiæ. nu. 3. sic tamen, vt delitijs nimis non abundet, ne milites eneruentur, vt contigit Annibali dum Capuæ castra est metatus. Liu. Dec. 3. lib. 3. num. 27. Et si exercitus equis abundat, eligat locum qui pascuis salubribus abundet, & castris, ac aliis præsidijs sit munitus; & hæc castra munienda sunt, prout temporis, & loci qualitas postulat, etiã si vna tantum nocte ibi sit per-

permanendum, foueas circa ducendo, & aggeres erigendo, vt dicit Polib.lib.5. castra bene custodiendo. Liu.Dec.5.lib.4.nu.23.vnde milites dimicaturi commodè egredi possint,& tuto refugere,ac consistere,cauendo ne habitationes construantur,quæ facilè incendi possint, maximè si foueis proximæ sint, vnde ij errant qui ducunt exercitum intra rura dispersum,vel in campum foueis non munitū,& trincerijs, quæ foueæ tantum spatij complecti debent, vt sufficiat diuisioni habitationum,viarum,& platearum exercitus,si enim nimis angustum sit, facilè exercitus peste consumeretur, si nimis amplū vix defendi posset, nisi magna ibi militum multitudo,& loco coæquata adesset,vnde locus numero militum respondere debet, & si exercitus minuitur,locus quoque angustandus est,& si ampliatur exercitus,ob noua auxilia,locus etiā est ampliandus,nisi arte id agatur,vt hostis ad prælium inuitetur, dummodo id non resciat, ne acies extendendo confusio in loco angusto fiat;quæ castra vnius quoq; formæ esse debēt, vt quisq; miles proprium norit hospitium, quæ & ab ijsdem militibus extrui debent,ne agricolas ducendo,qui id efficiant,exercitus fame cōsummatur. Non minus pariter studium debet Dux adhibere, dū castra mouet,vel ab obsidione longa recedit, ne exercitus animo derelictus dissoluatur,vel ab hostibus cōteratur: Ideò cum opus est ab obsidione recedere vrbis, in qua magnus militum numerus adsit.vel propè habet hostem potentem,castra relinquere debet in noctis tenebris, fragoribus omissis, sub silentio, lumina extinguendo, vel in tentorijs ea incensa linquendo, ne hostes agnoscāt se recessisse. Liu.lib.7.Dec.3. Sed cum recessus periculo non careant,dum hostis propè est,id ita agendum est, vt non credatur fugam arripere, aliter permanendum est cum aliquo etiam incommodo, & vbi castra relinquit,Dux apud milites animum intrepidum ostendat,eis persuadens id studiosè ob eorū

maius

maius fieri bonum, nec gressu ita celeri recedat, vt exercitus confundatur, locans in posteriori parte exercitus fortiores milites, vt sustinere possit impetus hostiu qui eum insequi vellent. Tucid. lib 4. nu. 50. qui & ante discessum, quicquid secum auferre non potest, consummat, ne in hostium maneat potestate; & si potest, tentoria quoque igne consummat. Is quoque dum exercitus progreditur, inuigilet ne aliquod ei periculū eueniat, maximè dum pertransit per loca inimica, vel suspecta, flumina, locos arduos, & difficiles, angustos, siluestres, vel vicinos vrbibus inimicis; iccircò dum iter exercitus facit, curet Dux, vt coniunctus sub signis incedat, ne dissipetur, vel prædæ pateat, & caueat ab insidijs incolarum; & si hostes propè sint, vel locus suspectus, milites etiam armati, & acie instructa, vt simul progredi, & dimicare possint, incedant: vt inquit Polib. lib. 12. nu. 4. aliter si hostibus obuiam fierent, facilè fugam arriperent; & vbi impedimenta secum ducit, ea in medio locet. Xenoph. Pædiæ Ciri. lib. 5. n. 43. & si die incedit, naturæ regionis se aptet, si nocte, armis magis onustos in anteriori parte locet, ne retromanentes relinquantur à primis, & acies dissipetur, idem Xenoph. Pædiæ Ciri. lib. 5. nu. 25. silentium indicens, & aliquos semper præmittens, qui vias præuideant, qui pedites sint magis, quàm equites. Xenoph. ibi. nu. 20. & Dux huc illucque discurret, vt videat an mandata executioni mandentur, vt Cirus agebat, bonos commendans, vt idem Xenoph. ibi. n. 31. & 35. Et exercitus equitibus abundat, per loca lata, & plana incedat, si præualet peditibus, equitibus verò superetur, per loca ardua, & impedita gradiatur. Liu. Dec. 3. lib. 1. n. 24. Et si dum progreditur, hostes à tergo eum aggrediuntur, & vult vlterius, absq; prælio, progredi, insequentes sustineat, & repellat, ordinibus firmis manentibus, & dum hostes recedunt, progrediatur, defessos in medio agminis reducendo frequenter, & recen-

tes

tes emittendo, qui hosti se opponant; & si longum iter est peracturus, prima die breue iter cõficiat, vt milites res oblitas, vel relictas recipere possint, vt dicit Xenoph. lib. 6 Pædiæ Ciri. n. 19. Et si opinatur in via hostem inuenire, sæpè consistat, ne milites defessi reperiantur, Xenoph. ibi. lib. 7. num. 1. Et si progreditur animo non dimicandi, si obuiam fit hosti, non ostendat timorem, sed à via egrediens signa det, & castra metiatur. idem ibi. lib. 2. nu. 3. Et si per regionem incognitam incedit, licet sit vitandum, vt dicit Polib. lib. 3. nu. 22. & lib. 5. nu. 14. aliquos præmittat, qui si inueniant loca inaccessibilia, reuertantur, & moneant; & incolis loci, qui eum ducant, vtatur, dummodo fideles extent, vel quia sint inimici hosti, vel spe præmij, vel metu pœnarum. Polib. lib. 3. num. 23. cauendo transitum per loca vbi commeatus penuria sit habenda; & si longum iter sit peracturus, ac difficilẽ, hostibus insequentibus, homines inutiles prælio, & impedimenta non necessaria alio dimittat, vt milites simul dimicare, & progredi possint. Xenoph. de expedit. Ciri min. lib. 3. quod faciet & quãdo expeditio magnam exquiret celeritatem. Liu. Dec. 1. lib. 3. num. 11 extra quos casus carere impedimentis, damnum affert, cum milites, ne ea amittant, ordines derelinquant, & animo despondeant, & hostibus animus augeatur, vnde tutius est ea incendere, dãno militibus refecto: Et si dum progreditur timet ne aliqua acies militum ordines derelinquat, eã in medio eorũ, quibus magis fidit, locet, vt ait Polib lib. 3. nu. 38. Annibalem fecisse, & si ad hostes vult peruenire, equites leuis armaturæ præmittat, qui eos detineãt dimicando. Liu. Dec. 1. lib. 8. nu. 15. & èconuerso si hostes eum insequuntur, in posteriori parte exercitus fortiores locet, & si nescit qua nam ex parte hostis iam proximus eum aggredi velit, consistat, vt se vergat, quo opus sit, & ita ut Dux ipse in medio exercitus consistat in prælio, & eius uices tenens generalis, in parte

ante-

anteriori, Magister verò agminis in posteriori.

Quo verò ad transitus exercituum, ij cum periculo sunt qui fiunt per lucos densos, locos arduos, & angustos, maximè si in campum latum aditus sit, & denuò angustus locus reperiatur, vel ex vtroque latere flumen sit, vel rapidus torrens, vel proximæ ciuitates hostiles militibus copiosæ, quia siluæ impedimentum equitibus afferunt, & insidijs expositæ sunt, loca ardua, & angusta à pauco militum numero possunt prohiberi, ne inde transitus fiat. Liu. Dec. 4. lib. 6. & si in campum latum inde fit transitus, & post angustus inueniatur, vt retia sunt exercituum superandorum. Liu. Dec. 1. lib. 9. nu. 272. Transitus quoque fluminum, si hostis adsit ex eodem latere, periculum afferunt, is enim expectare potest, vt pars pertransierit, & aliam expugnare, & si in ripa aduersa sit positus, transitum facilè impedire potest, vel vbi vna pars pertransierit, eam expugnare, antequam alia pertransierit; Si etiam propè ciuitates hostiles transitus fit, cum ij recessum tutū habeant, multa ei damna afferre poterunt, & nullū pati: Vnde si per siluas transitus sit fiendus, præmittat exploratores, & pedites, qui ex omni latere eam explorent, viam, in bello iusto, dilatando, arbores cædendo, quibus loco aggerum vtatur, qui si equites tantum habeat, nisi necessitate vrgente per huiusmodi loca ne transeat, hostis enim paucis peditibus cum tormentis bellicis, varijs, & tutis locis locatis, equites facilè consumere poterit; & si transeundum sit per loca ardua, id fiat cum silentio, ab aliqua nebula adiuti, inermes sub armatis tegendo, & celeriter id peragendo, & idem agendum vbi per angusta loca sit gradiendū, & si transitus à loco angusto in spatiosum sit alio angusto iterū inuento, in prima angustia præsidium validum locet, quod ibi permaneat, donec exercitus alteram angustiam pertransierit, & vbi flumina sunt tranandā, hoste insequente, si Duci non desunt pontes, vel norit vadū,

ca-

castra moueat,& pertranseat, & si die id est agendum, hoste sciẽte,opus est Duci ciuitas proxima,quæ à tergo eum tueatur,vel vt se proprijs castris tueatur,in illis relinquens numerum militũ,qui ea protegant, donec cum viribus exercitus pertrãsierit;Quòd si hostes ex aduersa ripa consistant transitum prohibentes,indicet Dux se velle pontem extendere, vel certo in loco pertransire, & in alio id agat, vel secus flumen, hoste spectante, incedat, relictis ijs qui pontem construant, mandando illis vt transeant, & in alia ripa se muniãt, vt toto exercitu reuerso, possit transire, quo casu duo pontes sunt construendi,ne ob magnum pondus vnus tantum extans frangatur,vel dum in eodem Dux consistit, iubendo, vt alia pars in alio loco pertranseat, & hostes adoriatur, vt territi permittant reliqui exercitus transitum, vt Annibal fecit Rhodanum transiens, vt ait Polib. lib.3.nu.20. prius tamen experiendo vadum fluminis medio equitum an transiri possit,vbi verò aqua est profunda,naues in parte superiori locando,quibus cursus aquæ frangatur, pontibus deficientibus, & in alijs ratibus inferius homines & equos in aliam ripam ducat. Polib.lib.3. & etiam si flumen sit rapidum,licet transnatabile,optimum erit,vt equites aquæ cursum perfrangãt, vt pedites inferius tuto transire possint. Cæs.de bello Gall. lib.7 num.30. & dum transitus paratur, equitum ala à latere peditum consistat, vt eos tueatur.

Quòd si transitus propè ciuitates, vel tentoria hostilia plena militibus sit fiendus,si Dux viribus sit superior, densa acie armatis versus hostes locatis, incedat,sin inferior sit,tenebrarum beneficio,silentij,& celeritatis fruatur.Tucid lib.3.nu.7.quæ si non sufficiũt, impedimenta proijciat, vt hostes ijs prædandis intenti, spatium transeundi ei concedant.

Post curam prælij fœliciter ineundi,in quo de summa rerum agitur, & deuictum magnam ducibus gloriam

riam affert, vt attulit Alexandro, Annibali, Cæsari, & Scipioni, & incessus exercitus; curare Dux debet, vt ratione norit, in bello iusto, qua vrbes, & arces obsidione cingi debeant, quæ quidem bipartitæ existũt, quædam enim latæ obsidiones dicuntur, quibus, militibus in locis opportunis locatis, commeatus vrbibus impeditur, vt se dedant, quod parua militum manu fieri potest; aliæ arctæ, quibus impeditur, aggeribus constructis, ne quis ex vrbe obsessa prodeat, vel eam ingrediatur, quod ijs tantum est peragendum, qui regionis dominium obtinent, qui sic dicuntur, qui hostem in prælio deuicerint, vel numero, & robore militum præstãt, & quibus copia magna militum adest, cum quotidiè deficiant, maximè vbi obsidiones diu durãt; Vnde paruum militum numerum habens, ab obsidionibus abstinere debet, nisi hostem in prælio iam fuderit, vt & opus est obsidentem pecunijs abundare, quæ opus sunt in aggeribus, & propugnaculis construendis, ac machinis, cuniculis, & munitionibus expugnatiuis: qui pariter obsidionem parat, consideret, an id agere è re sit, ne sumptus lucrum excedat, cauẽs etiam ne cuiquam suum consilium, antequam ad prouinciam agẽdam accedat, aperiat, ne inimico otium sit defensiones præparandi, indicans potius se alium locum aggredi velle, & commeatum necessarium ante parans, qui nõ deficiat, aliter ab obsidione cesset, vt & cauere debet ne hostis ita ei accedat, vt illum obsideat, ne ex obsessore obsessus reddatur, qui commeatus etiam sibi impediri non valeat; qui &, vbi locos opportunos propè vrbem occuparit, vallis se communiat, tum è regione vrbis, vt egressum impediat, tum extra, vt impediat auxilia; & ne in expugnatione molestia afficiatur, vigiles, qui aggeres diligenter custodiant, destinando. Liu. Dec. 3. lib. 4. nu. 29. cauens ne militiam distrahat in plures partes, quàm eius numero conueniat, ne obsessi egressi illam dissipent. Tucid. lib. 1. nu. 27. id quoque

que curando, vt sæpè numerum militum suppleat in longis obsidionibus, & si vrbs obsessa deditionem admittit, mox eã suscipiat. Cæsar de bello ciu.lib.2.n.2. maximè si hostes subsidium parant. Liu.Dec.4.lib.2. Et si audit subsidium parari, dum obsessi adhuc se defendunt, quærat persuadere aduenietibus statum obsessorum remedio carere. Tucid.lib.6.nu.64. quod si videt id impedire non posse, & veretur ne quid damnum incurrat, castra moueat, & recedat ante hostis accessum, vt Scipio egit. Liu.Dec.3.lib.9.vbi tamen confidit posse subsidium debellari, illud expectet, & pugnet, eo enim victo facilè arx se dedet; & si vrbs populo, & militibus plena sit, qui parati sint eam omni conatu tueri, Dux vi eam non expugnet, sed fame eam consummet; cogens omnes qui extra existunt, vt eam ingrediantur, vt ait Xenoph. Pædiæ Ciri. lib.7.nu.10. transfugia vetans. Et vbi vnum oppidum capit, ostendat secundo eius signa, vt facilius se dedat, quod & aget si hostem prælio campestri deuicit, & si vrbs difficilis sit expugnationis, in bello iusto, artem adhibeat, & vbi vim adhibet, si magna ei copia militum nõ adsit, varijs aggressionibus iugiter hostes molestet, vt fatigentur. Liu.Dec.1.lib.5.nu.24. & lib.6.nu.6. noctu maximè id agendo, præmia militibus promittens, qui primi arcem ingredientur. Polib.lib.10.num.10. illis vtilitatem proponendo ex expugnatione secutura, & animo abiectis animum addendo, ante alios eundo; quæ dicta intelligantur, dummodo bellum sit iustum, & prædicta sint necessaria ad tutãdas res suas, & iustè vincendum, & dummodo hostes se non dedant, saltem ex charitate, & maximè prædicta procedunt vbi cõtra infideles bellum geritur; qui & si obsessis auxiliũ præstare uelit, iubeat, vt hostes incursionibus impetantur, qui si fugam arripiant, arci magis accedet, & forte intra eam ingredietur, quo casu etiam insequendi sunt hostes, donec eijciantur, si tuto id fieri licet, vt ait Polib.

lib.

lib.lib.1. & vbi vna vrbs se liberè dedit,iubendum,vt arma hostium foris emittantur, intus mittendo milites qui videant ne ciues moueantur, interim portas ritè custodiendo,donec Dux aliud mandet;& vbi duci recedere opus sit, id cum dignitate fiat, & nocte,ac cũ silentio, pedites prius in tuto ponendo.Polib.lib.2. si verò die id fiat, ante insidias præparet, in quas hostis si insequatur, incidat.

Econuerso,si Dux est obsidendus,vt se tueatur, debet necessaria tam ad pugnandum,quàm victum præparare, valido, & fideli numero militum vrbem muniendo,& vbi veretur longam obsidionem,initio inutiles homines emittat in tuto tamen loco,& vbi viuere possint,& parcè victũ tempestiuè distribuat, & post multum tempus hostibus persuadeat, se commeatu abundare.Xenoph.de bello Græc.lib.5.num.6.Liuius Dec.1.lib.5.nu.26.& vbi veretur ne obsidio protrahatur,labores inter milites diuidat,eos bene accipiẽdo; Etsi obsidentes sint numerosi,ab eruptionibus caueat, & maximè si defensores incolę sint,ne paulatim ab hostibus consummantur,licet plures eorum interimant, cum difficile sit subsidiarios milites habere; Quòd si Dux, cuius vrbs obsidetur, alios milites habet præter ei necessarios, non tot tamen, vt cum hoste valeat dimicare, arte aliqua debet ei præsidiũ afferre, & spem obsessis huius præsidij dare, id tamen in eorum conspectum non ducendo,& postea subtrahendo, ne animo concidant, nisi eis aperiatur ob eorum bonum id fieri, vel ijs copijs vrbem potẽtem hostis aggrediatur, quando obsidionẽ auferre non valet, vt is obsidionem relinquat,vt ei opem ferat,vt Annibal fecit.Polib.li 3. vel incursionibus, in bello iusto,eorum regionem deuastet, vel eorum sociorum iniustè eis iam sociatorũ, si id necessarium sit ad se tuendum. Tucid.lib.1.n.69. qui vt obsidentium opera remoretur,agat de deditione,custodias tamen nõ omittendo, nec permittendo,

vt hostes sub quouis prætextu vrbem ingrediantur. Liu.Dec.3.lib.4.Polib.lib 5.nu.21. non tantum majora loca magis munita, quàm minus, custodiendo. Tucid lib.4.nu.4.Qui,& dum aggressiones sustinent, omnes non confluant,quo hostis ingredi tentat, aliorum locorum custodiam omittendo.

Vbi verò Dux obsidet vrbem, si pactionibus eam consequi valet, à vi est cauendum, vt sic proprij milites seruētur,& parcatur malis quæ in direptione fiūt; si tamen aliqui iniustè à Principe defecerunt, vel pertinaces in defensione sint, expedit eos expugnare, sic tamen,vt vrbs diripienda non concedatur,nisi id opus sit ob finem belli iusti, & caueatur ab adulterijs,cæde innocentium,& sacrorum violatione locorum, & personarum, id tamen non expedit in belli initio, modo non sit vrbs Metropolis, vel valdè diues; & vbi vrbs expugnata populo abundat, ne vnitus opprimat aggressores,Dux edictum promulget,quo indicetur eos omnes, qui intra domos non existunt, fore occidendos,alijs verò parcendum. vel ianuas domuum incendat.Xenoph.Pædiæ Ciri.lib 7.nu.11.& 12.Et vbi Dux arte vrbem aliquam occupat, non prius eam prædandam permittat,spectatis supra expositis,quàm in portis, & plateis milites validos locarit, ac alijs locis opportunis,ne incolæ vniti disiunctos opprimant.Polib. lib.4.nu.18. & si vi eam occupat,partem militum sub signis instructam detineat, aliam direptioni destinet, inter eos ex æquo prædam diuidens, vt Romani faciebant. Polib.lib.10.nu.15. cauens tamen ne vltro se dedentes direptione opprimat, quòd id contra belli iustitiam esset. Liu.Dec.4.lib.7.nu.7.

Quòd si,in bello iusto,Dux captiuos adipiscatur,si à Principe defecerunt, vel publici latrones existant, vel Principem aliter læserunt, iustitiæ tramite puniri possunt,& si alterius sint religionis,in perpetua captiuitate detineri valent, sed si hostes sint tantū & Christiani,

ſtiani, occidi non poſſunt, maximè ſi vltro ſe dedunt, nec permittendum, vt fame pereant. Xenoph. Pædiæ Ciri.lib.4.f.131. ſed benignè ſunt accipiendi. Liuius lib.5. pecuniæ tamen redemptione honeſta, vel cum alijs captiuis commutari poſſunt, & quandoq; liberi ſunt dimittendi, vt alij vltro ſe dedant. Xenophon Pædiæ Ciri. lib 4.nu.4. & expediet eos ſeparatim interrogare, & videre an eorum dicta conueniant, vt Dux hoſtium ſtatum ab ijs agnoſcat, qui ſi ſint viri magnæ dignitatis diligenter ſunt cuſtodiendi. Obſides verò qui vltro ſe Principi tradunt, benignè habendi ſunt, & ſi Princeps, cuius nomine acceſſere, fidem frangit, non ideò ſunt occidendi. Liu.Dec.3.lib.8.nu.28. ſed diligenter cuſtodiendi, quos pro rerum ſuarum tutela habere expedit, & eo magis ſi Principi hoſtili ſanguine iuncti ſunt, vt aiunt Liu. Dec.3 lib.8. & Polib.lib.3. num.47.

Nec minorem prudentiã Dux adhibere debet, circa transfugas veros, vel fictos, qui ſi veri ſint, damnum afferunt Duci vnde diſceſſere, eius facta hoſti panden do, & vires augendo, ſin ficti ſint, damnum afferunt ei ad quem tranſeunt, falſa pro veris aperiendo, eius ſtatum ſpeculando, & in prçlio arma contra eum dirigendo. Vnde ſi transfugæ veri ſint ad ſe accedentes, eos benignè Dux ſuſcipiat, & maiora illis cæteris ſtipendia promittat, ſin à ſe ad hoſtes transfugerint, id Dux diſſimulet, & indicet alijs, ſe eorum diſceſſum optaſſe quòd illi vtiles non eſſent, vel eos vt inutiles, vel ſuſpectos expuliſſe, vel ex propoſito ad aliquid contra hoſtes tentandum, dimiſſos. Xenoph. de expedit. Ciri minor. lib.3.nu.4. Quòd ſi ficti ſint, nequaquam emittantur, niſi magnæ ſint authoritatis, fideles, & callidi, nec ſi magni numeri exiſtant, niſi prius obſidibus ab eis acceptis. Liu.Dec.3.lib.7.nu.6. Quòd ſi veri ſint, eorũ vti opera expediet ad explorandum hoſtis acta, & eos locando in arce quę ab hoſte ſit expugnanda, modo

veri sint, & eorum dicta conueniant, & eorum fidelitatis experiẽtia sit habita, & si in magno numero sint, eos separando, vt prodesse non obesse valeant; Exploratores quoque Ducibus utiles sunt, modo fideles, & sagaces existant, & eiusdem linguę, ut cum hostibus misceri possint, & eorum facta referre; & in primis expediet legatos ad hostem destinare, qui omnia circumspicere ualebunt. Xenoph. Pædię Ciri. lib. 8. n. 20. & lib. 6. num 9. qui sint Duces prudentes, & experti. Polib. lib. 14. nu. 1. Liuius Dec. 3. lib. 10. nu. 1. cui rei peragendę mercatorum quoque & commeatum uendentium opera uti licebit, licet ijs non sit ualdè fidendum, cum & hosti facta propria referre possint. Xenoph. de discipl. nu. 17.

Cauere uerò debet Dux ne cũ Duce hostium belli, uel pacis tempore temerè colloquium habeat, maximè si sint paris potentię, & hostes ante extiterint, ne odium reuiuiscat, cum facilè alter in altero imperfectiones agnoscere possit, nisi sint pręclarę uirtutis, & alterum alter in eius dominio inuisat. Isocr. in Euagora. nu. 17. & satius est per internuntios negotia agere, & magis uitandum est ubi cum minori, & subdito colloquium sit habendum, quem tamen in domo propria benignè suscipere conueniet; Et ubi Duces cum hostibus colloqui uolent, eorum fidei se non concredant, et sub nomine legati. Polib. lib. 8. nu. 3. Liu. Dec. 3. lib. 8. sed id fiat cum pari numero militum, in loco intermedio, & ab insidijs tũto, & ita clauso, ut ab una ad aliã partem transitus non pateat, & armis cincti, tametsi fides pręstita semper sit seruanda, aliter ius gentium uioletur. Liu. Dec. 4. lib. 3. nu. 5. & si uidet alterum Ducem eam uiolare uelle, in tutum locum se recipiat, cũ eo non dimicans, ne pacis effractor censeatur.

Is etiam prudenter se habere debet çirca inducias faciendas, cauens in bello iusto, si uiribus longè pręstet, ne eas ineat. Cęsar de bello ciu. lib. 3. nu. 4. ut nec

cum

eum probabilitas subest hostem viribus inferiorem non posse breui eas augere, nec vbi hostis induciarũ sit effractor, aut viribus inferior cum proprijs militibus sit versaturus, ne eos corrumpat, sed inter Duces, & Principes paris potentiæ, quas inuiolatè conseruent, & cui expedit id consequi, id & pecunia data procuret: Pax demum, quæ finis est belli, est summè curanda, nisi Principi id dedecus afferat, nisi pro Dei honore, vel subditorum bono, id fiat, non ostendens tamen se id optare, vel timore oppressum esse, licet viribus sit inferior, nec cum eo iniens pacem qui eius soleat esse effractor; & id cum honestis conditionibus agendo vtrinque, vt diu durare possit. Polibius lib.4. nu.22. Demosth.Phil.12.nu.1. quæ & cum inferiore viribus est agenda, vbi vix omnino sit superandus, & qui viribus est inferior humiliter eam exposcat, timorem tamen non indicans; & vbi in belli furore de pace agitur, negligentia non adhibeatur in rebus suis custodiendis, ne decipiatur. Liu.Dec.3.lib.10.nu.2.

Idem quoque, cum duplex sit bellum, offensiuum, & defensiuum, iustè & fortiter in vtroq; habere se debet, & quò ad defensiuum, vbi iniustè is aggressionem patitur, vt se, ac proprium Principem tueatur, suas vrbes, & arces optimè munire debet, & commeatu abundanti eas replere, illuc res mobiles alicuius momenti quæ in regione sunt, victualia, & animalia transferendo, priusquam ab hoste cingantur. Liu. Dec.3. lib.2. num.3. & vbi intelligit hostem aliquam arcem, vel vrbem obsidere velle, eam optimè ante communiat militibus, commeatu, & munitionibus, vt dicit Sallust. in Iug.nu.44. omnino, vbi fieri potest, regionem non deserens, sed semper hostem insequens, & ei molestiã afferens, idem ibi nu.42.& 46. Sic tamen, vt prælium cum hoste non ineat, nisi magna prærogatiua, & potiori parte adiutus, maximè vbi speret hostẽ diu ibi consistere non posse, ne prælio victus, totius Imperij iactu

ram faciat. Liu.Dec.3.lib.6. quæ vt Dux præſtet, potiores ſunt milites externi, ſi proprij ſint imbelles, vel non amici præſentis regiminis, aliàs proprij, niſi eorũ bona iam ſint deſtructa, vel non ſperent ſe ea defendere poſſe, ſic enim exteri præferendi; & vt temerè defenſio eorum quæ nulla via defendi non poſſunt, non eſt ſuſcipienda, ſic nec facilè deſerenda ſunt quæ hoſtium impetum frangere poſſunt.

Vt verò proprium dominium Dux tueatur, & ea quæ Principatus communiunt, ſint tripertita, quędam natura conſtantia, vt montes, maria atrocia, & ſcopulis plena, flumina, lacus, & paludes, quæ illũ circumeunt, quædam arte facta, vt muri, aggeres, & foueæ, & quædam vtroq; conſtantia; vnde ſi Princeps eſt minus potens, quàm vicini, omnes vrbes, & caſtra munire debet, ſi potentior, vel æquè, & populi ſubditi Principem amant, & potentia coniuncta ſit, ſat erit vrbes, & arces in confinijs ſitas optimè munire tantummodo, ſi verò potentia diſiuncta ſit, ſatius erit omnia loca, & arces munire, vel ſaltem potiores, vbi omnia loca defendi ob impotentiam nõ poſſunt; ſi tamen Princeps eſt longè potentior vicinis, & regna ſubdita ſint cõtigua, vt vnum alteri facilè opem ferre poſſit, melius eſt in finibus legiones fortiſſimas militum habere, quàm caſtra munita, dummodo eorum ſeditionibus remedia adhibeantur, qui & potius ex ſubditis conflari debent ſi fideles ſint, & vnum tantum Principatum detinet, aliter ex externis, qui ſi plures poſſidet, ſi omnibus æquè fidit, ex omnibus conflari debent, vel ex eo cui plus fidit, aliter ex externis, dummodo non conſtent ex nationibus perfidis, vel diuerſæ religionis, vel fures non ſint; proprios optimè in armis exercendo, vel ad bellum in auxilium Principum amicorum, & iuſtam cauſam fouentium, eos tempore pacis mittendo, vt exerceantur.

Quo verò ad bellum offenſiuum, quod tunc eſt, cũ ho-

hoſtis intra eius regnum bello iuſto impetitur, dicitur id primum non conuenire Principi minus potenti, vt conuenit defenſiuum, ſed potentiori, vel æquali, aliter magnum ſubiret periculum, ita vt vires non ex numero militum, ſed eorum virtute, menſurentur; nec prius bellum iuſtum Princeps mouere debet, quàm id indicat, vt eius iuſtitia cunctis nota fiat. Iſocr. orat. de regni admin. nu. 26. Tucid. lib. 1. num. 12. ſic tamen, vt ſi Princeps non habet Imperium tutum à ſeditionibus ſubditorum, vel hoſtium incurſu, id non relinquat, vt hoſtes in eorũ regione adoriatur, aliter ſi ſic, cõſultius eſt, eos in eorum dominio adoriri, ſic tñ, vt cum hoſtes in eorum regione bello ſunt impetiendi, prius omnia quæ ad id agendum opus ſunt, præparentur, ita vt exuberent victualia, pecuniæ, & alia, cum ſibi perſuadendum ſit ea hoſtem eſſe impediturum ne in propria regione in manus eius deueniant. Tucid. lib. 6. nu. 19. Xenoph. Pædiæ Ciri. lib. 1. nu. 32. vt milites, maximè externi ali, & in officio detineri poſſint; qui & ſi hoſtes in eorũ regione aggreditur, circumſpiciat ne qua arx retro relinquatur quæ eius non ſiat, ne ab extantibus in ea, commeatus illi impediatur, & alijs moleſtijs afficiatur, vt ait Xenoph. de bello Græc. lib. 4. num. 8. qui Dux dum loca hoſtium aggreditur, ſi ei ſint milites tirones, vel veterani non conſueti victorias referre, prius loca debiliora impugnare debet, ſi experti municiora, & ipſam regiam ciuitatem. Liu. Dec. 4. lib. 4. num. 12. vt & potius eſt aggrediendo hoſtes vti opera militum ſubditorum, ſi fideles ſint, in armis experti, & in magna multitudine, aliter externorum.

Præter verò bellum aggreſſiuum, & defenſiuum, adeſt & diuerſiuum, quo vti debet is Princeps in bello iuſto, qui hoſti potentia ſuperior, vel æqualis non ſit, nec multo inferior illo, quod ſit cum hoſtis propriam regionem eſt ingreſſus, vel ingredi tentat, vt enim ab hoc remoueatur, eius regio bello aliqua ex parte eſt

impetenda, quod vtilius est agere antequã hostis proprium dominiũ est ingressus, vt ait Tucid.lib.6.n.15. Quandoque & Princeps par, vel maior viribus, vt impediat ne aliquis hosti ipsius auxilium ferat, illius dominium in bello iusto aggreditur, vt Annibal dicebat, Liu.Dec.4.lib.6.nu.4. vel in bello iusto operam dando, vt illius subditi eum non adiuuent, vt non debent, vbi iniustitia est certa. Vel id fit quando Princeps, vix sufficiens se defendere in bello iusto, operam dat, vt alij Principes hosti bellũ moueant, vt recedat, vel contra se nouas vires non mittant, vt Siracusani fecere; Tucid.lib.7.num.2. Vel, vt impediatur vnio duorum exercituum, vel duorum, aut plurium hostium contra se venientium, quibus vnitis nõ speratur posse resisti, sic enim solent Duces vnam eorum partem aggredi, vt ea superata, aliam sustinere possint; Ex quibus vijs prima est tutior, secũda, & tertia periculo plenæ sunt, sic tamen, vt in prima ratio habeatur, vt id non tentetur, vbi probabile sit hostis loca ita esse munita, vt vanum sit ea bello turbare, vt ait Tucid.lib.4.nu.34. Liuius Dec.3.lib.8. num.39. cũm in secunda via timor subsit ne bellum intra lares proprios reuocetũr, & in tertia ne viribus disiunctis iactura incurratur.

Parta verò victoria in primis paci est studendum, quæ incertæ pugnæ est præponenda, & curandum, vt bene quis ea vtatur res in tuto ponẽs, præsidia, hostiũ vrbibus imponẽdo, quas detinere potest, dum res suæ sint in tuto, vel expensæ, & damna passa ei reficiantur, arma ijs quandoque adimendo, obsides ab ijs accipiẽdo, & iubendo, vt omnia dedant, humanitus tamen cũ ijs agendo, modo, vt Lib.2.cap.4.

Et breuiter Dux fidus, sagax, fortis, & prudens, ac nobilis vbi cætera concurrant, omnes artes adhibere debet in bello iusto, quibus victoria potiri possit, curans præsertim, vt annona abundans sit, & adsint iumenta, & currus, qui eam ad exercitum ducant, alijs

ex

ex his abeuntibus, dum alij redeunt, sic tamen, vt subditos tristitia non afficiat, nec nimis grauet, ne ex nouitatibus occasione arrepta desciscant, vt ait Polibius lib.1. & curans, vt eius Princeps initio belli cum vicino Principe, vel alijs pacem ineat, & cum ijs societates iungat, vt ab ijs iustè iuuari possit, vt idē dicit li.2. curans quoque, vt bellum potius in hostis regione agat, quàm domi expectet, vt idem lib.2. ait, & si non valet cum vicino societatem inire, & semper, res sui dominij ante discessum in tuto ponat, arces muniendo militibus, & commeatu, & regionem, & locando in omnibus arcibus viros meritos, & maximè in illa vnde aliarum salus pendet, & vbi res præcipuæ dominij seruantur, qui subditus sit, fidus, fortis, & sagax, ne aliquid periculi ibi ob malitias hominum contingat; & priusquam hostis ingrediatur, ei occurrat, pontes incidendo, & se ita muniendo, vt illi validè resistere possit, qui si transitum petit, dilationem petat ad respondendum, dum res suas in tuto ponit, populos in fide tuendo, militibus fauendo, auxilia vndique colligendo, & nobiles gradibus honorificis decorando, vt ita initio hostis ferocitas conteratur, & sic populi, & vicini in fide contineantur; qui, & varias dimicandi, & vincendi rationes nosse debet, sic enim terror hosti incutitur, præuidens quicquid euenire potest, temerè prælio se non exponens, nisi omnibus ad uincēdum aptis rebus paratis, nec in angustias unquam se redigens, ac necessitates; penès se uiros prudentes, fidos, ac expertos habens, quibuscum occurrentia consulat; & ob id quærens nosse nomina Ducum, eorum naturam, uirtutem; qui, & sic agat, ut supra, ut tutus sit unde assiduò uictualia exercitui præsto sint; & celans sua consilia si in regiones hostis sit progressurus, quas ingressus nullā arcē, ut supra, post se relinquat, quæ in eius potestate non deueniat, ne ab ea infestetur, nec uastet regionem, ut illi usui esse possit, & si hostes fœdus petunt,

tunt, prius eorum consilia, & actiones spectandæ sunt, ne quid mali moliantur, se tamen dedentes benignè suscipiendo, per exercitum, dum proficiscitur pergens, ut uideat an mandata exequantur; & exploratores, ut supra, præmittendo, qui iter, & hostium acta scrutentur, & referant: qui, & milites amet, ac amplectatur, infirmos, & uulneratos inuisat, & eorum necessitatibus opem ferat, non ferens, ut hostes, eo præsente, ullam militibus inferant iniuriam, quos, & prǽmijs afficiat, & si quod damnum ab hostibus patiuntur id eisdem reficiat, ut ait Tac.lib.1.& 2.Annal. & ubi hosti accedit situm aliquem occupet, ubi eorum commeatũ impedire possit, & ne ille alijs auxilium afferat, uel suscipiat, ut dicit Polib.lib.5. Annibalem in Apulia fecisse, hostem uexando excursionibus, ut debilior reddatur, si id tutè agere potest, & ubi duo pericula ineuitabilia obijciuntur, minus eligat, nec prǽlio temerè se exponat, sed cunctando uires hostium attenuet, ut inquit Polib.lib.1.& 3. Fabium Maximum fecisse; & si uiribus inferior sit, nec spes adsit, ut res bene eueniãt, de Principis consensu, honestis conditionibus cum eo conueniat; qui, & sibi prospiciat ne ab hostibus arte aliqua interficiatur, & ideò propriam faciem quandoque celet, habitum mutet, ne à suis etiam, nisi fidis, dum in tentorijs degit, agnoscatur; qui, & si in hostis regione progrediatur, proderit si aliquid libertatis deuictis relinquat, ut alij facilius se dedant; & si in aliqua ciuitate duę factiones reperiantur, unam earum sibi conciliare debet; & si exercitus est ei unitus, uigilet ne hostis uires maiores congreget, non sinens pro uiribus, ut duo exercitus inimici simul iungãtur, & si hostis iam adest, pertranseat flumen si adest, pontem in eo constituens, & propugnaculum munitum construens, quo à tergo se tueatur, & conetur cum altero eorum exercituum, antequam uniantur, dimicare, si superare ualet, potita enim uictoria, haud difficilè erit

alium

alium superare, sic tamen, ut paratam habeat ciuitatem, & arcem fortem amicam, quo in omni euentu confugere possit: Quòd si exercitus inimici, iam sint vniti, adepto situ apto, & à tergo in tuto positus, & fortiter à lateribus munitus, Dux manens consistat, facilè enim exercitus inimici fatigabuntur, & dissoluentur, præsertim, si ex pluribus partibus constet, & ab vno tantum nō pendeat, si verò ex vna natione constet, quæ disciplinam obseruet, difficilius dissolui poterit, constantia tamen & patientia fatigari cōsistendo, poterit; & maximè authoritatem sibi Dux conciliat, si transacto flumine rapido, alienam ingreditur regionem, vsque ad extremas illius partes progrediens, vbi si adsit amica natio, magni inde progressus fiunt: vt fecit Cæsar eodem teste lib.4.com.de bello Gall.& quia in proprio exercitu adsunt exploratores, qui omnia hosti referunt, iccircò hoste adueniente, ordines mutet in prælium progrediendi, sic enim hostis confusus manebit; & semper exploratores, vt supra, præmittendo, qui referant quid hostes agant, ne in aliquas insidias incidat; & vbi victualium copia ei non adest, bellum non gerat, licet ibi arcem construere possit, vt facilius ad propriam regionem incolumis redire possit. Quòd si Dux veretur, ne hostis nocte moueat castra, vt aliquam arcem occupet, vt inde prælium ineat, emittat equites, qui omnes egressus custodiant, & audiens hostes moueri, iubeat milites signo dato ad arma sumenda moueri magno adhibito sonitu, sic enim hostis, mutata sententia consistet, die sequenti recessurus, & Dux interim præuenire poterit, & illam arcem occupare; & si hostis ad eum legatos mittit, non fidat, nec necessaria bello omittat, & captiuos rectè custodiat, vt commutari possint, curans summopere, vt hostium consilia norit, vel à captiuis, exploratoribus legatis, vel alia ratione; curans ne exercitui victus, vt supra, desit, & rationes noscens tendendi hosti insidias,

&

& eas vitandi, aggrediendi hostes, & retrocedendi, facilè referentibus noua non credens, nisi ea sibi sint explorata.

Qui verò minores Duces sunt, sub Imperatore constituti, eorum munia exequi debent, nec fines mandati excedere. l. 3. §. in bello. ff. de re milit. nisi occasio certa rei bene gerendæ aliud suadeat. arg. l. diligenter. ff. mand. qui & parcum commeatum militibus dare debent, nō mittentes eos piscatum, venatumve. l. officiū. §. 1. l. nemo. C. de re milit. lib. 12. Tempore verò hostis imminentis, vel expeditionis nulli cōmeatus est dandus, & nulli à signis abesse licet. l. 1. C. de comm. lib. 12. l. 1. ff. de re milit. nec milites à numeris ad numeros, nisi vtilitatis publicæ causa mittendi sunt, cum honores non ambientibus, sed merentibus dandi sint. l. contra C. de re milit. lib. 12. qui & castra custodire debent, modo, vt supra, & excubias facere, & milites in castris habere dicto audientes, eos in stationes mittendo, claues portarum suscipiendo, vigilias circumeundo, frumentatienibus commilitonum præsentiam adhibendo, frumentum probando, mensorum fraudem coercendo, quærelas militum audiendo, & eos castigando, valetudinarios inspiciendo, sauciorum curam gerendo, & milites ad solemne iuramentum adigēdo. l. officium. §. officium. ff. de re mil. & dando tesseram, vel signum militibus, quod ipsi ab Imperatore sumūt, qui debent & milites in conflictu hortari, tirones exercere, per turmas, vt concurrerent, decurrerent, clamarent, locum tenerent, imperium facerent, se in orbem colligerent, cuneum facerēt, & phalangem, signa sequerentur, paterentur tædium, æstus, & vigilias, sine consilio, & imperio in hostes non tenderent, pulsi loco non cederent, & in acie quisque ordines suos noscerct, vt ait Liu. lib. 31. Valer. lib. 2. cap. 7. nisi ex his aliqua summo Imperatori reseruentur.

Metatores etiam adhibendi, qui castris ponendis, cen-

tentorijs locandis locum eligunt, vt dicit Veget. lib. 2. cap. 7. & in vrbibus domos militibus assignant. l. 1. C. de metat. tertia parte domus militibus assignata, alijs dño, nisi illustres sint personę, quib' media domus debetur. l. 2. eo. à quo immunes sunt Medici sacri Palatij, magistri liberalium artium, pictores ingenui, & in dignitate constituti, ac tenues homines. l. omnes. l. archiatros. l. hac lege. C. de metat. lib. 12. l. illicitas. §. tenuis. C. de offic. præf. & sic vt milites ab hostibus nil accipiant pro se, vel iumentis. l. deuotum. C. de metat. li. 12. l. vnica. C. de salag. hosp. li. 12. l. 3. C. de erog. mil. ann. lib. 12. sub graui pœna. auth. de trans. mil. coll. 10. Hodie verò adesse debet præses bellicis tormentis, qui ea optimè tractare norit, & eorum bonitatem ritè agnoscat, & dum cum ijs progreditur, à parte anteriori & lateribus ab aliqua parte equitum muniatur, quibus accedant operarij exercitui necessarij, cum eorum instrumentis, & vbi fluuius sit transiliendus, in parte posteriori relinquat tormenta minora, vt hostibus insequentibus resistat, & vbi aliquam arcem est aggressurus, tormenta debiliori parti accommodet, maximè à parte septentrionali, vel alia vbi parietes sint debiliores, ita accedens, vt muros deijcere possit, non tamen sic vt à tormentis minoribus hostium lædi possit, & ita tormenta locet, vt cum opus est, eis subueniri possit; & ita bombos emittat, vt ruina cadentium murorum militibus in vrbem ascensum aptare possit, & si intus aliæ foueæ adessent, illi sint instrumenta illas transiliendi; Adesse quoque debet magister exercitus, cui cura esse debet, vt supra, vt exercitus hospitia habeat vbi aptè moretur, seligens situm aptum, vbi castra sint metienda, & dum exercitus progreditur, in anteriori parte exercitus incedens, acies distribuendo, prout opportunum existit ad Ducis Imperium.

Quæ pauca in bello seruãda, attigisse obiter volui, licet meæ intentionis non fuerit, præcepta militaria

tradere, quippe qui in ijs versatus non sim, vt quæ à sacerdotali munere, quod gero, aliena sint, vt aliquid afferrem ad Ducis munus spectans, quę in bello tamē iusto, contra infideles præsertim indicto, obseruare poterit, cum impium mihi videatur, Christianos inter se bello dimicare, in his me remittens ijs quæ præclari viri ex professo scripsere. Sic tamen, vt si qui eorū aliquod fortè nimis rigidum, viam regnandi, vel vincendi tradentes, attulere, à conscriptis in his libris, quòd ad conscientiam attinet, non recedatur, me tamen potiora in his sentientibus, quòd ad conscientiæ forum, vel alia spectat, subijciens.

SVMMARIVM.

1 *Militum priuilegia quæ sint.*
2 *Milites quæ agere possint.*
3 *Milites quid agere debeant circa victoriam, cladem, & alia.*

De priuilegijs Militum. Cap. V.

1 *Militum priuilegia quæ sint.*



VM Milites Reipublicæ inseruiant, & ob publicum bonum mortis periculo se exponant, multis meritò priuilegijs decorantur, vt alacrius Rempublicam protegant; Et primò circa annonam militarem, vt eis prouideatur de pane, vino, aceto, larido, carne veruecina. l.1. C. de erog. mil. lib 12. & fœno. l. prouincialium. eod. quæ distribuebatur eis per breuia, vel æstimatione facta. l. excellentia. l. actuarij. eod. quas species erogantes mutare non poterant. l. lege repetita. C. eod. Nec quis potest emere annonam exercitui missam, aliter confiscantur ei bona, vel morte mulctatur, si vilis sit personæ. l. 42. in

in legib.milit.Iustin. & Præsidentes debent frumentū probare, & mensuræ fraudem coercere. l.officium.§. fin. ff. de re milit.

Secundò, honorantur in vestibus, quæ illis dabantur à Calendis Septembris ad Calendas Aprilis. l.1. C.de milit.veste.lib.12. vel in pretio viris fortissimis, vel in specie alijs.l.fin.eod. quarum vestium canon ex prouincijs exigebatur. l.2.& 3.eod. quæ tamen simul cum armis tergoribus boum, & frumēto in stipendijs ijs computabantur, vt ait Polib.lib.6.vbi tamen stipendia sunt imminuta, vestis vna eis donabatur, vt dicit Plut. in vita Gracchi.

Tertiò, Militibus hospitium assignatur, in castris tentoria, alibi domus, vt inquit Veget.lib.2. de re mil. de quorum forma, & castrorum tradit Alex.ab Alex. lib.1. Gen.cap.12. Polib. lib.6. epit. hac lege, quòd militibus non liceat prius erigere, vel deponere tentorium, quàm ab Imperatore id actum sit, & hospitia signabantur foris creta à metatoribus, quæ si quis delesset, falsi pœna tenebatur.l.1.C.de metat.lib.12. sic tamen, vt ratione hospitij militū nil iniquum committatur.l.illicitas.§.illicita.ff.de offic.præf.& sic vt tertia pars militibus domus, duæ domino remaneant, & ita vt primam eligat dominus, secundam hospes, tertiam dn̄s, nisi hospes sit illustris, quia tunc media domus illi relinquitur.l.2. C.de metat.lib.12.l.hac lege. §.si qui. eod. Hospitij verò nomine domini tenentur dare tantum quæ pertinent ad habitationem, nō pascua animalium, nec escas hominum, sub pœna vtriusque. l.deuotum. de metat. lib.12.l.3. C.de erog.milit.ann.lib. 12. poterunt tamen fortè petere vuas, pira, ficus, rapas; non tamen culcitras, oleum, lignum, nec ea auferre etiam volentibus dominis, nec balneū à domino ædium postulare. l.vnica. C.de salag.hospit.non præb. lib.12.l.hoc prospectum est. C.de metat.lib.12. & sic vt liceat domino propria authoritate militem expel-

lere,

lere., si prægrauandi causa in possessionem venerit. l. deuotum.C.eod.de metat.& sic,vt molestiam inde nō sustineant.l.omnes. C.eod. Aliqui tamen ab hospitijs immunes sunt .s. archiatri Pŕincipis, & vrbis Romæ, literarū magistri, artiū liberaliū professores, insignes pictores, & legum professores, vt supra . l.archiatros. eod.l. medicos.l.fi.C.de profess.& med.lib.10.l.fi.§.fi. ff.de mun & hon. Sic Consules,& Patritij tres domos habent ab hospitio liberas,duas eorum filij,pater,mater,frater,vxor, Præfecti militum duas, eorum hæredes vnam,& alij de quibus in l.hac lege. C.eodem.de metat.l.fi.eod.l.3.eod. & l.fabricensium. sic tamen, vt immunes ab hospitijs vicinos non onerent .l.omnes qui.eod. milites tamen non semper habent hospitia in domibus priuatorum,sed quandoque in turribus murorum.l.deuotissimos.eod. & Plut.in vita Pompei,dicit,Duces exercituum non solere vrbem Romæ ingredi, nisi præsidij causa ibi sint.

Quartò, solent militibus quandoque etiam prædia relinqui pro onere militiæ,absq; tributo.l.omnes fundi.C.de fund.patr.lib.12.l.fi. C.de fund.limit.lib.11. quibus & castella quædam assignabantur. l.2. C.de fund.patr.lib.12. cum priuata custodia limitis Imperij committi non debeat ob timorem proditionis. l.legatum.ff.de op.publ & sic vt tuto custodiantur,& cōseruentur.l.in nomine dñi.§.præterea.ff.de offic.præf. præt.vt & varijs ijdem coronis donabantur,vt in genenerosis virtus cresceret,& ab ignauis torpor excuteretur,scilicet Ciuica,quæ dabatur ei qui ciuem à morte liberasset,fronde quernea,vel ilignea confecta.Muralis, quæ dabatur ei qui primum murum subijsset, ab Imperatore,quæ habebat insigne valli. Naualis dabatur ei qui primus hostium nauem armatus vi transilijsset, quæ rostris nauium erat insignita, & fiebat ex auro,vt muralis etiam & castrensis. Oualis erat Mirtea, qua vtebantur Imperatores, qui ea[illegible] vrbem ingre-

ingrediebantur,ouatio enim erat minor triumpho, & dabatur ijs qui piratas, vel seruos superassent, aut se vltro dedentes. Triumphalis aurea, quæ mittebatur Imperatoribus ob honorem triumphi. Obsidionalis ei dabatur,qui ab obsidione ciuitatem liberasset,& erat graminea; & aliæ de quibus Gellius lib.5. cap.5. Plin.lib.16. 22.& alij.

Quintò,priuilegiatur, in peculio castrensi,vt de eo quod à patre de bonis mobilibus, in militia degenti donatum est, vel cognatis, aut alijs acquisiuit, liberè possit disponere, & testari. l.1.quibus non est permiss. fac.test.l.pen. & fi. C.qui testam.facere poss. l.pater.ff. de castr.pecul. non tamen in hoc veniunt immobilia donata à patre. l.1. C.de castr.pec.l.si filius. C.famil. ercisc.nec quæ aliundè esset quæsiturus sine militia,vt hæreditas matris.d.l.1. C.de castr.pec. l.castrensc. ff. eod.nec si mater dedit filio non militiæ causa. l.si militi.l.si forte.l.diuus.ff.eod. contra,si quid ei dedit,vel legauit contemplatione militiæ,dictis iuribus; si verò ab alio donentur,si contemplatione militiæ, eius fiũt, aliter sunt alterius peculij.l.4. C.de castr.pec.lib.12.l. miles. l.hæreditate.l.pater militi. l.dotem. ff.eod.l.4. C.fam.ercisc. proprium verò est castrensis peculij, vt integrum sit filij, ita vt pater in eo nullam habeat potestatem.l.4 l.ex nota. ff.de castr.pec.l.3.C.eo.tit. neq; patris debitores id vendere possunt,nec eo mortuo, & cum fratribus cõe est.§.ex hoc. Instit.quibus non est permiss.l.filiæ.l.si. C.de collat.lib.12. ampliatur,vt nec pater possit seruum in peculio filij existentem libertate donare etiam in testamento, nisi filius ante patrem mortuus eum hæredem fecerit,vel ab intestato eidem successerit.l.ex castrensi.l.hæreditate.§.pater.l.si. ff.de castr.pec. Vnde filius habet semper actionem castrensis peculij etiam inuito patre,& etiam contra eũ agit, & sine eo alienat,etiam si arrogandum se postea dederit.l.si quis vxore.ff.de furt.l.Imperator.ff.ad Trebel.

l.1.C.de castr.pec.lib.12.l.4.§ 1.& fi.de castr.pec.& si seruus peculij aliquid acquirit,nō patri,sed filio quærit.l.pater militi. §.si seruus.eod. & de eo,vt supra disponit filius in testamento, vel alia vltima voluntate. l.pen.& fin.C.qui testam.facere poss.l.pater qui §.pater. ff.de castr.pec. Si tamen filius intestatus decedit, pater ei succedit,si verò testatur ad hæredem pertinet. l.2.ff.de castr.pec. l.proponebatur.eod. & si filius fuit hæres alterius, pater ab intestato retinens peculium, fit ei hæres,vt filio.l. 1.ff.eod. & si filius miles hæreditatem castrensem recuset,datur licentia patri adeundi cum oneribus.l.fi.§.similiq; modo. C.de bon.quæ lib. qui tamen tenetur æs alienum pro modo peculij, & intra annum vtilem, soluere, & si hæres scribitur perpetuò tenetur. l.2. l.pater. l.proponebatur. ff.de castrens. pecul.

Sextò,priuilegiātur etiā milites circa iudicia, quia in causis ciuilibus, & criminalibus conueniūtur corā suis Ducibus, Duces, & milites coram magisteria dignitate.l.fi.C.de re milit.lib.12.l.magisteriæ.C.de iurisd.omn.iudic.l.2.C.vbi quis de curiali.qui magister militum, vel supremus Dux habet iurisdictionem in crimine militari, in alijs, si graue est, iudex loci corrigit, si leue noscit tantum, & remittit pro correctione ad magistrum militum.glo.in d.l.magisteriæ.l.fi. C.de re milit.lib.12.tamen possunt milites armatæ militiæ, cum in militia sunt,vel in commeatu, vti fori præscriptione pro ciuilibus negotijs, non tamen milites inermis militiæ,si cōueniantur pro publicis functionibus, vel priuatis negociationibus.l.vnica C.in quibus cau. mil.fori præscript.l.3.C.de offic.mag.mil. quæ militibus armatis sunt interdictæ.l.fin. C.locat. & C.negot. ne mil.lib.12.

Septimò, priuilegiātur circa testamenta in multis. Primò enim potest miles decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.l.ius nostrum.de reg.iur.§.non au-

autem.§.fi.Instit.de hær,instit.l.si miles.ff.de mil.test. & potest etiã ad tempus hæredem instituere. l.in fraudem §.miles.l.miles ita. ff.de mil.testam.l.certi iuris. C.eod. idque vel perfecte,vel per nuncupationem vel per scripturam, vel in clipeo, vagina, vel gladio, literis sanguine suo rutilantibus,vel in puluere.l.eius militis. §.militia mi ius. l.idemque erit.eod. l.milites in expeditione.C.de mil.testa.qui si in expeditione condit testamentum,vt potest id facit, extra eam, aliquid potest, sed non ita latè; Vnde qui in hibernis est,non autem in expeditione iure communi testari debet, si est paterfamilias.§.1.Instit.de mil.testam.& testamentum factum in expeditione post annum, quo militia est dimissus,non valet, si intra illum non sit mortuus. §.sed hactenus.eod. Instit.l.quod dicitur. l.quod constitutum.ff.eodem. & quòd illa missio sit honesta,non ignominiosa.l.testamenta eorum.ff.de mil.testam.qui extra expeditionem tenetur seruare ius commune, licet possit disponere de peculio castrensi.l.penult.C.de milit.testam §.1.Instit.eod. quòd si patresfamilias in expeditione sint damnati crimine capitali, disponunt tantum de castrensibus,in alijs fiscus succedit.l.& militibus nostris. C.eod.& de castrensibus disponunt iure militari,si iuramentum militare non fregerint,& dici milites possint.l.ex militari. ff.de milit.testam. & filiusfamilias ratione huius priuilegij testabitur ex formula iuris communis de castrensibus bonis, non de aduentitijs.l.pen.ff.qui testam.facere poss. l fin. C.de collat.l.pen.ff.de testam.§ 1. Instit.quibus nõ est permiss.facere testam. qui tñ non potest disponere de bonis alienis,vt de fundo dotali.l.cum filiusfamilias.l.ex militari.§.1.l.milites enim. ff.eod.l.dotalem eod. qui, & in his pro parte, vt supra, potest testatus, & intestatus decedere.l.qui soluendo.ff de hæred.instit.vnde aliquem instituendo in fundo, in reliquis censetur voluisse intestatus decedere. l.si miles vni. l.si duobus.

ff.de mil.testam.nec habet locum ius accrescendi.l.1. & 2.C.de testam.milit.l.si filius qui patri. §.Papinianus.ff.de bon.lib.licet si per quotas diuersis hæreditatem reliquit, intelligitur in illas quotas hæreditatem diuidere, & ita pro parte non decedit intestatus. l.3. C.de testam.mil. qui & potest supra dodrantem legare, nec habebit locum falcidia, sed si legauerit supra vires patrimonij minuitur. l.in testamento. C.eodem. Vt verò gaudeat his priuilegijs, oportet, vt in ordinem militum sit cinctus, vel de proximo cingendus extra tirocinium, & miles armatæ militiæ, non militum notarius.l.ex eo tempore. l.filiusfamilias. ff.de milit. testam.l.scriniarios. C.eod.nisi in necessitate pugnent pro Republica, qui gaudent priuilegijs, licet non sint scripti.l.fi. ff.de mil.testam. cum enim quis in militia decedit, gaudet ijs priuilegijs. §.sed si quis. Instit.de mil.testam.l.idemque.l.in fraudem.§.testamentum.l. tribunus.de mil.testam. qui tamē capitur ab hostibus seruus effectus non potest testari. l.facere.ff.eodem. Requiritur etiam vt is egressus sit ætatem impuberē. l.si Ruffinus.l.fi. C.de mil.testam. post quam ætatem surdo, & muto iure militari licet testari. §.quinimò. Instit.eod.l 4. ff.eod. etiam si, vt supra, postea filius sit emancipatus, adoptatus, vel arrogatus fuerit.§.denique.Instit.eod.l.Formula testamenti militaris nulla est, ideò sat est si etiam notis, vt supra, fiat, intelligibilibus tamen. l.si à fratre. C.de testam.mil. l.1.l.in fraudem. ff.eod.l.miles si testamentum. l.eius militis. §.fi.l.Lucius Titius. ff eod.l.milites. C.eod. oportet tamen, vt pateat de voluntate seria. l.diuus.2. ff.eod. & oportet per duos testes probare talem voluntatem fuisse illius militis. d.l. & l.Lucius Titius, & glo.in l verbo nuda. eod. nec quærela inofficiosi tale testamentum irritat. l.fi C.de inoffic.testam. qui & potest filium præterire, & filio emancipato, & exhæredato pupillariter substituere, & hæreditatem dare etiam in codicillis directò.
l.sicut

l.sicut certi. C.eod.l.miles ita. §.exhæredato.ff.eod.l. milites. eod. modo non instituant sibi à lege prohibitos.l.neque enim.§.deportati. ff.eod.l.ex testamento. C.eod.l.miles ita.§.mulier.ff eod. Effectus testamenti militaris est, vt & aliorum . l.si à milite.§.edictum. ff.eod. ob necessitatem.l.milites. C.eod. & quia Reipublicæ seruiunt. l. milites. C.de locat.

Aliud priuilegium est circa personam militis,is .n. iura scire non tenetur, vnde si omittat debitam exceptionem, ante sententiam in integrum restituitur. l.1. C.de iuris,& facti ignor.& similiter excusatur,si omittat alias solemnitates iure requisitas. l.fin. C.de iure delib. & eorum etiam filij in parentum militiam vocantur. l.1. & 2. C.de filijs official. milit. qui in bello moriuntur.lib.12. Veterani porrò eximuntur ab oneribus,& muneribus,operibus publicis,collationibus, & vectigalibus, quæ in nundinis præbentur. l.1 C.de vet.lib.12.l.2. ff.de priuil.vet. qui nec coguntur militare,nec iniurijs pulsantur,nec damnantur ad bestias, aut fustibus cædũtur.l.fi.C.de vet.l.prouidendũ.C.eo. d.l.1.& 3.ff.de priuil.leg.vet. qui,& à nauium fabrica excusantur, nec constituũtur exactores tributorum.l. fi. ff eod. volentes tamen si in numerum decurionum sunt admissi,muneribus fungi coguntur.l.fi.de priuil. decur.l.voluntariè. C.de excus.tutor. l.2. C.de ijs qui spontè mun.sub. si verò allecti in ordinem non sunt,& spontè suscipiunt munus ciuitatis ad alia cogi non debent.l.2. ff.de priuil. vet.l.3. C.de ijs qui spontè munera sub.qui & pacto possunt donare hæreditatem inter viuos. l.licet. C.de pact. Boer.decis.204.nu.4.& 5. & si sint illustres per procuratorem in causa iniuriarũ, agere possunt.l.fin.C.de iniur.l.quicunque.cum auth. seq.C.de honor.l.quoties. C.de dignit.lib.12.& ijs,ac eorum liberis idem honor habetur, qui & veteranis. l.3.ff de priuil.vet. qui tamen amittunt priuilegia si latrocinijs operam dederint.l.3.C.de vet.lib.12. qui, &

subeunt onera patrimonij solemnia, & vectigalia, & viæ sternendæ. l. viæ. ff. de priuil. vet. qui, & donabãtur agris si per viginti annos militassent, vel etiam ante ex Principis priuilegio, vt ait Liuius lib. 9. Dec. 3. Tacit. lib. 18.

Præterea ijdem priuilegiãtur, quòd ex consuetudine nõ habent soluere collectas. vt dicit Iacob. Rebuff. in l. 1. nu. 4. C. de indict. & in l. fi. C. de fundis limitrophis. lib. 11. & eximuntur ab extraordinarijs munerib. l. in honoribus. §. angariarum. ff. de vac. mun. dum in acie sunt. & l. fi. §. pen. ff de mun. & hon. qui & accusati de crimine nõ quæstionantur. l. milites. C. de quæstionib. nec furca suspenduntur. Bart. in l. 3. §. 1. de re mil. nec contra eos militantes currit præscriptio. Martin. Lauden. tract. de mil. art. 2. & datur eis restitutio. l. fi. C. de restit mil. & eorum vxoribus, & medicis. l. inter eos. §. militum medici. ff. ex quibus causis maior. Alb. in l. 1. C. de vxoribus militum. nec præuentio iurisdictionis tollit priuilegiũ militis volentis declinare iurisdictionem. Mart. ibi art. 22. nec possunt cogi esse tutores, nisi commilitonis militum. Bal. in l. sed miles. ff. de excus. tut. & præferuntur alijs creditoribus etiam anterioribus ex re empta ex pecunia sua. gloss. in l. ideoque. ff. qui pot. in pign. & res quas portant non cadunt in commissum, licet teneretur de eis soluere gabellam. Bal. in l. in omnibus. C. de vectig. & comm. qui, & non tenentur nisi quatenus facere possunt. l. miles. ff. de re iud. & excusantur à vera contumacia, & dolo præsumpto, ideò ea non obstante appellant. Alex. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. & creditur eorum assertioni reuertentiũ ab hostibus, meritis suffragantibus. Spec. tit. de teste §. 11. ver. tamen fallit. nec corporaliter sunt puniendi cum insignijs militum, sed debent ijs nudari l. 2. §. sed si cum. ff. de his qui notat. infam. & si procurator militum simpliciter contrahat, videtur cõtrahere nomine eorũ. Castr. in l. pecuniam.

ff. si

§.si certum petat.& Guil.Bened.in repet.cap.Raynutius.verbo,Testamentum.1.nu.22.de testam.milit. & Bal.in l.milites.C.de testam.milit. & alia ponit Spec. tit.de procuratore.§.1.ver.item quòd est miles.

Is etiam in bello iusto,vti potest insidijs,vel stratagematibus hostibus ignotis, non tamen licet ei falsum dicere, vel promissum non seruare, vt inquit D.Tho. 2.2.q.40.art.3. cum vti liceat arte qualibet ad hostem opprimendum vbi bellum est iustum, vt idem ait loco cit.& Pindarus in Isthm.Od.4.& Augustinus in q. super Iosue q.10.in lib.83.qq. aduertendum verò insidias duplicis esse generis, quædam enim incutiuntur, vt hosti noceatur absque eo quòd aliud fingatur, vt esse solent insidiarum in vijs collocationes,nocturnæ aggressiones,vel improuisæ,quædam stratagemata appellantur, cum aliud fingitur, & aliud agitur,inter quæ noua veteribus sunt potiora,licet quandoq; prodest indicare se velle vti stratagemate consueto, sic enim animus hostis in suspenso tenetur, & interim aliud agi potest; sic tamen, vt opportunè adhibeantur, inter quæ insidiæ in locis adhibitæ magnum hosti terrorem incutiunt, dummodo ante non detegantur, sic enim perniciem inferunt inferenti, & ob id loci opportuni eligendi, & si propè hostem sit Dux milites emittat,qui eum detineant,ne id agnoscat,& cum noctu, vel die improuisos aggreditur, silentio id agat, quos dum aggreditur fragorem magnum emittat.

s Milites quæ agere possint.

Cauere tamē debet Dux ne se dedentes interficiat, nec innocentes quoque,vt pueros,mulieres,& huiusmodi, qui actiuè bello non fauent, nisi misti sint cum nocentibus,ita vt discerni non possint, vt cum tormenta in hostes iaciuntur, quia tunc innocentes occidere est per accidens,& non ex proposito,vt & non debent dare ciuitates militibus depredandas ob mala quæ ibi fiunt,stupra,adulteria,& huiusmodi,nisi necesse sit ad iustitiæ executionem;sic tamen,vt prædicta non fiant,

nec innocentes interficiantur, aut locis sacris iniuria fiat, vel personis.

3 *Milites quid agere debeant circa victoriam, cladem, & alia.*

Post pugnam, si victoria sequitur, cautè est habenda, cum res secundæ negligentiam creent, vt ait Liu. lib.21. & inde vulnus accipiatur ex nimia fiducia, leniter est etiam vtenda, ne hostes crudelitate adacti in desperationem adducatur, quæ etiam ignauos acuit, vt inquit Tacit. lib.3. hist. cum & tunc non liceat aliquem in communi occidere, sed tantum iustitiæ tramite, cum iam bellum cesset, sed vbi iam territi sunt, incitamenta pacis sunt ostendenda, & clementia vtenda. Modestè etiam victoria est vtendum, cum rebus secundis etiam egregij Duces insolescant, vt idem ait lib.1. & 3 hist. & fœlicitas humana vitrea sit, & tunc cum splendet, frangatur, & amici huius euentus mox sunt certiores faciendi, & etiam dubij in fide, vt coniungantur. Polibius lib.3. num.27. & Dux victoriam prosequi debet, nullum hosti vires reficiendi spatium relinquens, Liuius libro 10. Dec.1. num.19. & vbi pars exercitus hostilis est contrita, in bello iusto, reliquum est conterendum, nisi se dedat, & si totus hostilis exercitus in prælio campestri est contritus, ad regiam hostis occupandam mox est accedendum, si bellum sit iustum, maximè contra infideles gestum. Si verò clades sequitur pugnam, prudenter, & fortiter est ferenda, prudenter, vt serio cognoscatur, & ponderetur, cum malo ignoto nemo mederi noscat; & si malum exiguum est, insurgat, si graue, hastã ne abijciat, nec prælij vnius euẽtu pauescat, vt idem Tac. loco cit. dicit, cum exiguis momentis inclinentur omnia quæ in bello geruntur. Fortiter etiam est ferenda, cum fortes in aduersis insistant spei, & ignaui desperationi se dedant, vt ibi dicit, sed inspiciendæ, & colligendæ vires relictæ, & noua quærenda auxilia, oppida aduersus moras obsidionis, annonis annuis firmando, vt ait Veget. lib.3. cap.25. & omnia procurando quę ad iustum

bellum gerendum exiguntur; reliquias exercitus in locis tutis ponendo, si propè sint, aliter longo tramite ab hoste abscedendo, Liu. Dec. 3. lib. 3. cauens ne denuo prælio decertet, antequam milites partialibus pugnis cum hoste dimicarint, vel nouos milites, qui victi non sint, conducendo, nec eo in loco vbi clades est suscepta dimicando: & ne clades eueniat, quæ magis ex fuga, quàm vi hostium consurgit, vbi pars exercitus fugam parat, imperet iis qui sub ordinibus sunt, vt fugientes turpiter occidant, & vocem verè emittat, quòd hostes ex aliquo latere fugam arripuerint, vt suos sistat, & si totus exercitus fugam parat, is cum fortioribus militibus locum teneat, vt cæteri rubore affecti consistant. Liuius Dec. 1. lib. 6. num. 16. & vbi omnes fugam capiunt, reliquias exercitus curet vt incolumes seruet, ante pugnam parato aliquo castro amico, quo confugiant, quod si absit, castris munitis, vbi tuto consistere possit, Liuius Dec. 5. lib. 4. num. 23. licet quandoque expediat militibus spem confugij vt adimat ante pugnam, vt fortius pugnent, si milites animo abiecto sint, vel ijs parum confidit, nec alia spes victoriæ illi sit, secus si amici sint, & curare, vt salui sint, qui, & vt reliquias exercitus conseruet, res pretiosas proijciat, vt ijs prædandis hostes intenti, exercitum non prosequantur, & militibus, ac amicis persuadeat iacturam opinione minorem esse. Polibius libro 16. num. 1.

SVMMARIVM.

1 Milites à quibus cauere debeant.
2 Milites quæ agere debeant.
3 Milites secundùm Deum, vt se habere debeant.

De officio Militum. Cap. VI.

1 *Milites à quibus cauere debeant.*



RIMVM sit dictum. Milites multa, cauere & multa agere debent.

Primò enim non debent inire bellũ, nisi iustum sit, examinando prius iustitiam belli si exteri sint, nec id ineũdo si apertè iniustũ sit, si subditi sint, juxta ea quæ habentur supra, Libro 1.cap.5.

2 *Milites q̃ agere debeant.*

Secundò, debent bellum adire iusta de causa, & recta intentione, scilicet pro defensione gloriæ Dei, & fidei cõtra infideles, & hæreticos diffidatos, iuxta dicta d.cap. & ob bonum Reipublicæ consequendum, non autem ex priuato odio, vel vt iniustè deprædentur, vel aliud iniquum agant.

Tertiò, seruare debent leges militares, de quibus supra est dictum, cauendo ab ijs quæ ibi sunt dicta, modo ibi explicato.

Quartò, seruare debẽt disciplinam militarem, quæ est stabilimentum Imperij, & Reipublicæ, vt dicit Valer.Max.lib.2.cap.7. Vegetius lib.3.cap.26. vt scilicet milites in armis exerceantur, ex quo sequitur victoria, vt idem Veg.ait lib.1.cap.1.lib.3.in præf. & lib.2. cap.23.lib.1.c.28. discendo quomodo fortiter iaciant, & destinato ictu, & sciant tractare scutum, & eo venientia tela deflectere, & militari gradu ambulare celeriter, & æqualiter, & intra ordinem sistere, vt ibi dicit lib.1. cap.4.& 9. & quæcunque euenire possunt in prælio prænoscant, vt ait idem lib.1.cap.1. quod fit si quandoque in modum iustæ pugnæ concurrant, exposito victoribus præmio, vt ait Xenophon in Agesilao. & ijdem discãt decurrere, portare pondera, annonam, & arma, Solem, & puluerem ferre; fossas ducere, & huiusmodi, vt ait Veget.lib.1.cap.3.4.19.21.& lib.3. cap 26. quæ licet laboriosa videantur, vsu tamen facilia fiunt, vt idem d.lib.1.cap.19.lib.2.cap.18.

Quin-

Quintò, debent ordinem seruare, ita vt distribuantur per legiones, cohortes, centurias, cum exercitus ordinatus hostibus sit molestus, & facilis rectu, cum miles centurioni, centurio tribuno ad nutum obsequatur, vt ait Tac. lib. 1. hist. & in itinere ijdem ordinem seruare debent, vt æquali, & legitimo spatio miles distet, vt dicit Veget. lib. 1. cap. 9. & 26. qui ordo, & in castris est seruandus, vt habeant suas vias, portas, fora, ad formam paruæ Vrbis, vbi omnes sub suis Ducibus deputentur; sic vt facilè quis, & locum suum, & milites reperire possit, vt idem ait lib. 2. c. 13. & lib. 3. c. 8. & Polibius. qui, & seruare debent continentiam in cibo, & venere, cum vtrunque vires eneruet, vt ait Tac. lib. 2. hist. vt supra est dictum, qui & modesti sint in verbis, ne se iactent, qui mox in periculis deficiunt, ut idem dicit lib. 1. hist. & Liu. lib. 10. & uestibus, ita ut armis, & ferro, non auro, & argento fulgeant, ut idem Liu. ait lib. 9. cum illa sint magis præda, quàm arma; quod Macedones uitabant, ut inquit Curt. lib. 3. & in factis etiam sint modesti, ut corpus habeant ualidissimum, arma apta, & animum paratum ad subita imperia, & sint abstinentes à ui, & rapinis, ut supra est dictum.

Quæ omnia intelligantur enarrata, ubi tãtum quis iustum bellum gerit, si enim iniustum sit, nulli licet id exercere, ut initio est dictum, & contra in bello iusto artibus uti liceat ad uincendum, ut exposui tract. de Charitate, sub cap. de Bello; In reliquis me iudicio præclarorum Ducum submittens, quorũ est hæc pertractare, & satis uisum sit, iustas partes fauenti ostendisse, quàm facile, uel possibile sit, Deo fauente, & prudentia adhibita, ad Dei gloriam, uictoria potiri.

9 *Milites secũdũ Deũ vt se habere debeãt.*

Vt porrò ijdem secũdũm Deum ritè munus suum obeant, debẽt bonos defendere, & ab eis iniurias propellere; malos uerò pœna publica authoritate, afficere, qui, & quando ad aliquod facinus est progrediendum,

dum, in Dei uirtute exire debent, peccata prius confessione sacramentali purgantes, & sacra communione refecti, diuinum desuper auxilium implorantes, qui uictorias largitur, regna euertit, & donat, ut fecit Gedeon. Iudic. 6. Dauid. 1. Reg. 17. Moyses. Exodi 17. Iudith. Iudith 4. & alij, pro iustitia certando, & Dei gloria. Eccles. 4. nil iniustum etiam contra hostes agendo. Deut. 2. 20. & 23. & innocentibus, ac se dedentibus parcendo. Gal. 6. nulli iniuriam dictis, uel uerbis inferendo. Rom. 15. uel eum uexando, contenti stipendio suo. Heb. 13. à ludis, blasphemijs, stupris, luxuriaque, ac alijs uitijs abstinendo, & alijs, de quibus supra est actum, & sic ut nil præter damna, & expensas belli, laborum, & periculorum ob id susceptorum compensationem accipiant; si immobilia sint, mobilia enim in bello iusto, etiam si damna excedant, ex consuetudine retineri possunt, modo, ut latè de his dixi in summa Theol. Moral. sub cap. de Bello.

Et ex his, quod ad præsens attinet, ad laudem Dei Optimi Maximi, impositus sit finis huic Politicæ Institutioni, omnia in ea contenta subijciens censuræ, & correctioni sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & prudentum iudicio.

FINIS.

REGESTVM.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.

Omnia ſunt integra folia.



Veronæ, Apud Angelum Tamum.
M D C.

Superiorum Permiſſu.

Errata sic corrigantur.

Pagina 4. linea 1. eget] egent pagina 6. linea 12. non [delendum] pagina 16. linea 8. reddi] reddit pagina 17. linea 13. ferrea] argentea, linea 17. ferrea] argentea pagina 36. linea 3. priuatorum [addendum] gerant pagina 80. linea 26 restitutio] restitutione pagina 82 lin. 10. dist. [addendum] d' linea 34. lis [addendum] sit pag 85. lin. 31. pen. [delendum] pag. 88 lin. 27. primum] primam pag. 89 lin. 13. &] nec lin. 14. nisi [addendum] aliud pag. 95. lin. 16. apes] formicæ pag. 106. lin 8. ducantur] ducuntur pag. 109. lin. 27. cæteris [addendum] id pag. 112. li. 15. humero [addendum] unguntur. pag. 120. lin. 12. ille [addendum] peteret pag. 121, linea 15. tecti] recti pag. 123. lin. 14 ut] & pagina 124. lin. 6 id fiat] id fieret pag. 127 linea 33. vel] nec pag. 133. linea 20. Suet. [addendũ] in pagina 137. linea 21. Iudas Machabæus] Iuda Machabæi pagina 139. linea 17. ex] de pagina 153 linea 6 per] pertinent pag. 167. linea 13. executores] executiones pagina 175. lin. 16. annuente [addendum] tutius agendo pagina 196. linea 19. Aristoteles] Tacitus pagina 203 linea 24. falleant] fallant pagina 237. linea 22, Varr.] var. pagina 238. linea 24. galeratí] galeati pagina 239. linea 24. res [addendum] suas pagina 240. linea 7. ff.] C pag 255. linea 28. debetur] defertur pagina 265. linea 34. li.] l. pagina 275. linea 18. millibus] militibus pagina 278 linea 31. condonatur [addendum] pœna pagina 285. linea 34. plures] pluris pagina 288. linea 32 respicere quàm prospicere] prospicere quàm respicere pagina 290. linea 2. c.] nu. pagina 299. linea 28. ibi [addendum] d. eadem linea, & [addendum] si pagina 304. linea 21. non [delen.]

